



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

IV. Liceantne à ratione ad materiale peccati prædeterminatiuæ  
præfinitiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

CERTAMEN I.

Præfinitio prædeterminativa Deum causam, autoremque formalis peccati absolute facit.

fallissimam, & toties contr. 2. & hac 3. ex eodem Augustino ostendimus: quare verbum Augustini etiam recitatio oratio mihi vita est: cum nec interpretatione, nec solutione opus habeat. Obicitur etiam ex c. 7. Augustinus scribens, cum audimus: nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis Diabolus est, illos debemus intelligere electos per misericordiam: illum per iudicium. illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum, illum ad effundendum sanguinem suum: cum autem sanguinis effusio, quam efficaciter voluit, media lude prodicione esset futura; & hanc efficaciter voluit, à Deoque electum ad illam Iudam videtur Augustinus asserere. Maxime, cum paulo ante dixisset, electum Iudam ad opus, quod ipsi, vel cui ipse congruebat, nempe ad Magistri prodicionem: id autem ad quod aliquis à Deo eligitur, à Deo proculdubio amatur: verum electionis huius nomine non ex intentione, adhuc inefficaci, ut Iudas Magistrum proderet electus hic ab Augustino intelligitur, sed solum Christi permissiva voluntate. Notum enim Christus se ab illo prodendum si in Apollolum suum eligeretur, acque auxilio, tali v. g. non præveniretur; indeque opus redemptionis à se perficiendum; voluit autem eum eligere in Apollolum, & traditionem sui notendo, illo auxilio impedire seu, quod idem est prodicionis sui volendo permissivum: ea vero patrata ad opus redemptionis nostræ per sanguinis sui effusionem vsus est, nihilque aliud Augustinus intendit: neque eodem proflus modo, quo reliquos ex gloria, & bonorum operum positiva voluntate inefficaci antecedente ad regnum prædeterminavit, ad sui sanguinis effusionem & prodicionem actum Iudam prædestinavit quod expressit ibi Augustinus dicens: Ab illo quippe electus est, qui novit bene uti etiam voluntatibus malis: ut per hunc opus damnable illud, propter quod venerat, ut per venerabile completetur: non propter venerabile hoc illud damnable amaretur: cuius peracti, vsus quidem bonus esse potuit, non autem amor, ut fieret, adhuc ex intentione & amore venerabilis illius poterat honestus esse: & sine, ut amari antecederet posset, & intendere Augustinus, iustificas soli illius amor verbis satis esset, absque prædicatione, pro qua ab adversariis afferri solū modo possent.

QVÆSTIO IV.  
Licetne à ratione ad materiale peccati prædeterminativæ præfinitiones?

QVÆSTIO præfens lectori superflua non immerito fors videatur: quandoquidem q. 3. ostendimus præfinitiones prædeterminativas non solum Patrum & Conciliorum constanti conclusioni in terminis ipsis contentæ, verum, & affirmativam conclusionem eorū sententia contradicentem tot ab eisdem validissimis rationibus concitari, ut nihil eis, vel rebus, vel numeri addi à nobis possit: sed quoniam adversariorum solutiones, etiam omnes fieri attigerimus, reiecerimusque, quantum doctis esset satis tamen ne, dum easdem, ab autoritate præcipue, vergebamus, confutationum discursus longius traheremus, nō adeo ex instituto à ratione reiecerimus: id in quaestione præfens, quam rationibus solū Theologicis transigimus, merito referamus, in ea: Deum ex eiusmodi præfinitione non materiales peccati, siue actionis prave, provt à nobis hic, & nunc progreditur, solum, verū & formalis: quare, & peccati absolute causam ostendimus, & autorem fore quod hæreticum plane esse adversarii ipsi, etiam explorato hæretici, fatentur, atque admittunt multis artibus & verbis resistunt: quorum omnium convenientia cum solutionibus recentiorum Thomistar. paucorum quam validum contra hos sit argumentum ex Conciliis petiit claris ostendit, argumenta reliqua Patrum q. 3. data longius, non persequarum quia ibi, quantum opus à ratione fuit, eis adiutus: cum quia eisdem tantum solutiones, quæ huic argumento adhiberi possunt, eisdem rationibus sunt, & servata singulis diversitate, impugnanda: quare omnia argumentis singulis superfluo, & ad taxum repetetur. Nihilominus aliquid aliud præter argumentum propositum præcipue et hominem contra præfatos Dominicanos à ratione q. præfens persequemur: missis tamen, ut dispensationis præfatione propositi argumentis peritis à libertate.

Christoph. de Orthog. de Deo Vno. Tom. I.

1. Vt huius argumenti robur innoscat dogma Catholicum, adversariis etiam hæreticis inabitatum, statuendum in primis est, ne quis post hac vi illationis actus, & conclusionis affirmativæ præ concepto amore præceptis in hæresim ruat. Deum igitur formalis peccati, siue peccati absolute talis causam non esse, neque esse posse dogma Catholicum est: eiusque oppositum hæresis aperta. Hoc definitum esse à Tridentino recitatio à nobis q. 3. certam, 1. n. 2. & certam, 3. n. 8. atque item iam pridem à Synodo Constantinopolitana 2. gener. 5. constat ex eodem cert. n. 1. A cursus ab Araulicano 2. & Valentino 3. eodem num. 8. recitatis, constant adversariis omnibus est, imò hoc, ut minimum tradi à S. Petro contra Simonem Magum, reliquique Pontificibus, & Patribus tota q. 3. productis, evidens ac perspicuum eisdem etiam adversariis est: qui (tametsi falso) eos de peccato absolute tali, eiusve formali; non autem de materiali peccati locutos fuisse contendunt: nec alia adversariis benignior interpretatio sue Conciliorum, siue Patrum ex cogitari potest: quare ea omnia testimonia hoc dogma expresse confirmant, solum addo celebre illud pro hoc dogmate Augustini testimonium ex 7. Confessionum c. 3. quod sic habet. Non tenebam explicatam enodatam causam mali, quacunque tamen esset, sic eam querendam videbam: ut non per illam constringeret Deum incommutabilem (ad malam mutabilem credere: ne ipse fierem quod credebam: itaque securus eam querebam, & certus non esse verum, quod illi (Manichæi) dicerent, quos toto animo fugiebam: quia videbam querendo unde malum repleto malitia, quia opinabatur, tuam porius substantiam male pati: quam suam male facere: & inde debam, ut cernerem, quod audieram, liberum voluntatis arbitrium causam esse, ut malum faceremus. Id epius docuit Augustinus locis datis q. 3. ubi alij etiam Patres, quos omnes de materiali peccati, ut prodicionis lude, cupiditatis, & desiderii ac voluntatis pravis eius propositionis exempla adhibuisse vidimus: quod notatum volo ad vim iam efforandi argumenti clarius ostendendam.

2. Argumentor sic: Deus præfinitiens prædeterminativè materiale peccati causa materialis peccati est, etiam per adversarios: at nequit esse causa materialis peccati, quin formalis eius & absolute peccati causa sit: ergo Deus præfinitiens prædeterminativè materiale peccati ex causa formalis eius & peccati absolute contra dogma Catholicum præfixum, Minor probatur primo: quia, ut supra tetigimus formale peccati & peccatum re ipsa absolute tale, & seclusa fictione considerationis nostræ, & entis rationis signentis, nihil aliud est, quam materiale peccati, quod adversarii vocant, sed implicat re ipsa eiusdem, siue realitatis, & entitatis eiusdem (ad quam solum physica realis, ac vera causæ physicae actiuitas, & causalitas esse potest) causam esse, & non esse causam realem: ergo implicat Deū præfinitientē prædeterminativè materiale peccati esse huius causam realem, ac nō causam verā realem formalem eius, siue peccati absolute talis. Maior (quæ sola probatione videtur eger) probatur ex Tridentino, & Patribus, qui eius dogmatis, quod scilicet Deus causa peccati non sit, exēpla adhibent in prodicione lude, & cupiditatis, voluntatibusque pravis & quæ materiale peccati ipsissimum sunt, adversariis fatentibus: ergo materiale peccati secluso formali, quod mens nostra materiali appingit, & rationis effingit idem ipsum verè, & realiter, quod formale seu peccatum absolute est Patrum & Concilij sententia. Patet consequentia; alioqui, dum Deum peccati absolute causam esse non posse aiunt, male in materiali peccati exemplum adhibent, si, ultra materiale, reale aliquid formale peccati, seu peccati absolute tale includeret. Probatur secundo ratione: quia, si à peccato absolute tali omne rationis nostræ signentum, dum formale, ut quid unum, & rebus quæ in peccato, siue omissionis, siue commissionis intercedunt, superadditum secludas: idque solum, quod re ipsa est, dum verè absolute peccatur, consideres: solum innu-

G g g nica

nies prohibitionem legis, siue naturalis, siue positivæ, iure alterutro diuino, vel humano, eiusque aduerentiam per rectum rationis dictamen, & indifferentem operaturæ voluntatis, & creaturæ rationalis potestatem (quam præfinitione posita persisteret aduersariis actus, & operationis vt à creatura: atqui hoc totum, & solum, nihilque aliud formale peccati, & peccatum absolute tale omnino est (si aliud quidpiam, quod re ipsa, ac secluso rationis figmento formale peccati sit, vel peccatum absolute tale viterius claudat assigna) ergo re ipsa, ac seclusa fictione, idem ipsum, nihilque aliud formale peccati est, nec aliud quidpiam peccati absolute tale claudit: quæ de actione, seu de peccato commissiōis dixi, de omisiōis peccato, siue omisiōis actionis præceptæ eodem robore probant, & quæ de illa dicemus de hac æquæ, vt minimum, probabunt.

3. Sed, quidquid de hoc sit, illud tamen extra omne dubium est id scilicet, quod supra actionem nobis prohibita hic, & nunc vt à nobis elicitā siue supra materiale peccati eius formale, ac proinde peccatum absolute tale addit, nō aliter vere fieri, absoluteque causari ab aliquo agente posse, quam causatione, atque effectione vera, & reali actionis physica, prout à nobis, quibus prohibita est siue reali vera causatione materialis peccati: at per hoc Deus prædeterminatiue præfinit actiones eiusmodi, vt à nobis fiant, & hic & nunc fiunt, siue materiale peccati est proprie directè & per se causa earū, hic, & nunc à nobis fiunt, siue materialis peccati, ergo est causa formalis peccati, ac proinde peccati absolute talis. Maior probatur facile, quia, quidquid formale peccati, quo peccatum absolute tale constituitur, supra materiale addit, id tamē necessario, & inuitabiliter consequitur ad materiale, ita, vt, nec Dei potestati subiaceat, vt posito semel materiali peccati siue actione prohibita, prout à nobis, formale peccati non agnoscat, & peccatum absolute tale non sit. Hoc vel aduersarij ipsi fatentur. Addo (quod ne illi quidem negare possint) non solum actione libera vltra positionem materialis, est necessaria, & inuitabili formale peccati apponi à nobis posse, siue eam simplicem emanationē, siue alia quavis voce donare velis: quod magno, ac firmo argumento est realis indistinctionis formalis peccati à materiali ipsius, solumque ratione nostra ratiocinante, & puro figmento, formale peccati à materiale distingui, vt prima consequentia probatione dicebamus. Sin minus ostendat, ac edisserere nobis, non liberam quidem, sed actionem vltra terminatam ad materiale peccati, quæ ad formale, quo peccatum absolute tale constituitur, terminetur: eadem maior, atque ei innixa subinde consequentia est expressa S. Thom. q. 3. de malo a. 3. corp. a. 1. Peccatum non est forma sed actus, unde illud per se potest esse causa peccati, quod potest mouere directe ad actum peccati: & 1. 2. q. 80. a. 1. Peccatum actus quidem est, unde hoc modo potest esse aliquid directe causa peccati, per quem modum aliquis directe est causa alicuius actus, quibus similia dedimus ex ipso 1. 2. q. 23. a. 1. sup. q. 3. cert. 1. n. 5. sine. Atqui per vos Deus præfinit materiale peccati prædeterminatiue, directè, & per se est causa actus nostri, etiam, vt à nobis: ergo & est causa peccati. Ne verò ex vniuersali, & necessario Dei concursu, & voluntate cōcurrenti ad omnē nostrum actum quæ q. 70. a. 2. admiserat, in ipsum vel in nos regeti argumentū posset præcauit q. 8. a. 1. ad 3. scribens: Dicendum, quod Deus est vniuersale principium omnis interioris motus humani sed quod determinetur ad malum consilium voluntas humana, & à diabolo per modum persuadentis, & appetibilis proponentis, &c. Quibus Deum directam causam actus prauī, vt à nobis, negat, ne principium suum contra ipsum possit inferre Deum peccati esse causam, & authorem, & sane eo articulo corpore ait: non aliter alicui imputari, vt causæ malitiam, & peccati absolute, nisi, quatenus mouet voluntatem, & interius inclinatur ad agendum, & volendum: quod in præfinitionum horum sententia agit Deus, agereque tenetur ex efficacia præfinitionis imaginatiuæ, & appetitū excitando & suadens boni delectabilis cogitationes, sine quibus materiale peccati præfinit obtinere à nobis nequitimò agit & amplius aliquid, nec plusculum solum: cum non vtrunque inclinet, ac moueat, sed irresistibiliter ad agendum prædeterminet, unde ei potius, quam voluntati creatæ, peccati causatio tribui

debet: siquidem Dei solius est omnino libere, & cum potestate, ab omni necessitate absoluta poni actum, cui annexa inuitabiliter malitia esset, & ab illo directè, per se, & ex intentione ipsius, tanquam à causa principali præmouente, ab homine vero tantum, tanquam ab instrumēto præmoto, vt aduersarij volunt, actio, vero instrumēto, sed principali agenti illud præmouenti potius, principalique tribuitur.

4. Respondebunt primò: Deum, causam quidem physicam malitiæ peccati absolute esse, non autem morale, sed in primis solutio hæc est contra Patres, & Concilia, quæ vniuersim Deum causam esse malitiæ atque peccati negant, quare, & omnē horum causalitatem à Deo ablegant, maxime physicam, quæ præcepta & absolute talis est: cum tamen moralis causalitas solum secundū quid, & imitativæ causalitas sit, quatenus aliquo modo ad physicam causalitatem, & operationē motionē intentionali nos inducit in propositionē autē negatiuā prædictam absolute, & proprie tale remouetur necessariò à subiecto, est secundū quid tale nō remouetur quandoque: vt in his Æthiops non est albus, de quo album absolute, & proprie tale necessariò negatur, ac remouetur: non autē album secundū quid, siue secundū dēres: & de imagine Cæsarī verè esse hominem negamus, & si imitativè sit, & secundum quid homo: alioqui, quia Deus ens rationis, & secundum quid non est, non esse ens dici absolute posset, ergo physicam causalitatem malitiæ Patres, & Concilia negant. Secundo moralis imputabilitas malitiæ, & peccati causalitas moralis, de qua hic, physicam necessariò consequitur: ei enim, qui causa realis physica malitiæ, & peccati sit, ipsi tanquam causæ cui imputetur, ac subinde tanquam causæ moralis attribui certum est. Siquidem nos, non aliunde peccatorum nostrorum, & malitiæ causæ morales, & quibus, tanquam causis, malitiæ, & peccata in genere moris imputentur, inuenimus, nisi, quatenus ex physica nostra libera elicientia malitiæ, & peccatum absolute apponitur, reprobatur, quia determinatiue, fortius, & inuitabiliter, immutatque malitiæ, & peccatum absolute tale, à Deo prædeterminatiue præfinit apponitur, quam à dæmone exstante phantasia, appetitu, & maleuolentia boni delectabilis cogitationes: & tamen causa moralis, & cui malitiæ, & peccatum moraliter, & in genere moris diabolus censetur, ergo multo magis Deus. Dices causam moralem peccati, & malitiæ, vt contra physicam distinguitur, eam solū dici, quæ moraliter, non physice etiam illam causam contra tamē quia ex hoc fecit impunitatis malitiæ, & peccati nostri Deo tanquam causæ, & principali causæ non minuitur sed augetur: si enim, qui solum consilio, horum investigatione, præcepto, quæ omnia, & minus longe, & inefficacius, & mediatus, & indeterminatus, nostramque voluntatem minime ligantia, vt malitiam, & peccatum apponatur fecerit huius in eas causas morales refertur: maiorem longe & refunder fecerit in Deum physicam causalitatem, determinatiue, fortius, immediatiue malitiæ, & peccatum apponentem præfinitione, & prædeterminatione, ita ad illos determinata, vt nulli ad vltus alios, quæ malitiæ & peccati appositione, possit inferuire, & qua non possint nisi media voluntate (est libere vt contradicitorie contendit) apponi. Secundo, nec fatales, qui per stellarum influxum in actiones prauas, & peccata causalitatem docebant, alii vel eius, vel stellarum in hæc moralem admittunt. Totalitatem, & tamen à Partibus, & Conciliis damnantur. Tolerant, si influxum hunc physicum in malitiam, & peccatum nostrum, & fecerit illam in genere moris causalitatem nostram, & fecerit solutio hæc admittat, moralem tamen reprobare & peccati solutio hæc admittat, moralem tamen fugere non potest, etiam, si malitiam, & peccatum etiam iuxta hæc solutionem prædeterminatiue Deus præfinit, & causet ad male suadens boni prohiberi delectabilis cogitationes, sine quibus, nec actio praua, nec malitiæ, & peccatum apponi queunt, ex ea intentione, & præfinitione apponendæ cogitur Deus: sicut ex intentione quavis obiecti ad mediū necessarii intentio efficaciter obiecto obiectando cogimur omnes, quare ex præfinitione, & causalitate physica malitiæ, & peccati per hæc solutionem reprobata, admittenda etiam in hæc eadem moralis causalitas suasionis infligationis &c. in Deo erit.

5. Si autem recurat ad causalitatem moralem prout legem legis, & præceptis, quæ Deo recipiunt, cum prohibeat expresse, & actiones turpes, ac sublimis

malitiam eorum, & peccata in primis: moralem etiam causalitatem instigatoris, & fauoris horum in Deo hac solutione non excusat. Secundò, vt q. 2. ostendimus præfinitio- ne hac necessaria admissa, cum hic, & nunc impius operatur, & peccare absolute dicitur nulla extat vera lex aut præceptum, cum per hanc supremi rerum Domini, & Arbitri, ac Principis Dei efficacem de opposito voluntatem, sit lex omnis, vel actionem prohibens, vel præcipiens omni- nino abrogata, imò verò, cum Dei, quatenus ex se est, serió & absolute concepta voluntas, prima, ac præcipua regula, & lex nostrarum actionum sit, ea quæ de actionibus prauis hic, & nunc excendit, & iuxta hanc solutionem de pec- catis admittendis ad sit, non solum legis de opposito ab- rogatio, verum, & de his admittendis lex Dei & præcepti impij perperantibus adest, quæ posita, & si nobis peccata omnia reddi impossibilia, imò & reddi honestissima vt ostendimus q. 3. cert. 4. a. 5. moralem tamen Dei præci- pientis causalitatem negare non potes. Vergetur: quia omne præceptum naturale, maxime de iure naturali diuino, est à Deo, tanquã primo, & supremo legislatore: sed præcepti non violandi, ac conandi contra feriam præfinitum effica- cæ Dei voluntatem, sed illam potius exsequendi, nec conandi contra eius sic efficaciter volentis Omnipotentiam, sed potius sese subdendi in operatione est de iure naturali di- uino: ergo & est à Deo: a quo per hoc est volutatis effica- cæ Dei de actione praua tendens virtute actiua, & causalitate physica Omnipotentie in malitiam etiam, & peccatum, & quam proinde ex generali illo præcepto de iure naturali diuino exequi debeamus, nec in oppositum ipsi atq; Om- nipotentie per illam applicite renituerge ex Dei præce- pto, & lege de iure naturali actionem prauam, & malitiam, ac peccatum absolute impij apponunt: quare, & moralis legislatoris influxus in formale, nec solum in materiale peccati, atque in peccatum absolute, nec solum physicus contra hanc solutionem est admittendus. Denique vt hac solutione & distinctione causalitatis physica, & moralis aduersarij abstinent satis esse videbatur, eã ipsam à No- stris per Tridentinum, & Catholicos omnes nihilo- minus damnatis excogitata primo, ac traditam fuisse. Cal- uinus apud Stapler. Auditor in acta c. 2. ad id. Hunc desin- nitio consilio pag. 5. sine, & 6. init. sic ait: vtunque exequa- tur impij: quod apud se Deus statuit, nihil tam minus, quã Deo obedire: nam obedientia ex voluntario assensu nasci- tur. Illi dum obediunt Deo, qui o. era sua exigunt ad le- gis regulam: deinde eius imperio se voluntarij subiciunt. Nihil tale in omnibus impijs cernimus, quos Deus huc vel illuc sceleris impellit: & 1. init. c. 17. fecit. 6. apud Valent. tom. 2. d. 6. g. p. 1. sub init. Id requirit vnum Deus à no- bis, quod precipit: si quid aduersus præceptum designamus non obedientia est, sed contumacia, & transgressio. Theod. Bez- za aphor. 1. 1. Eadem actiones, quatenus à Sathana, & ma- lis per Sathana, & per propriam concupiscentiam soli- citati proficiunt, eatenus peccata sunt, quæ Dominus iuste suo reprobis vult scire. Nunquã enim Dominus pecca- ta, quatenus peccata sunt, permittit: imò semper prohibet, ac reat. Quibus impios Deum consilio, aut præcepto ad malum minime mouet, quin potius vtique modo à ma- lo retraheret: quare neque eo sensu scelerum illis moralem causam esse hæretici fatentur, id quod Zuinglius, & alij docent, dum ideò Deum eis actionibus non peccare aiunt: quia ipsi lex posita non est: peccare verò impios, quibus lex eis prohibens posita est vt inferius referemus.

6. Dices tertio cum Aluarez d. 24. de auxil. n. 23. Ledesim. a. 8. concl. 1. & alii Deum, nec causare, nec præfinire præ- determinatiue materiale peccati formalis, vt peccati ma- teriale seu fundamentum vltimũ, & respectum formalis peccati materialiter sumptum, sed designare eos oportet, quod ad materiale peccati formaliter sumptum, & funda- mentum vltimum respectum malitiæ, & eique connexum vltra actionem prohibitam, vt à nobis elicita addatur, nam hoc totum à Deo præfinitum prædeterminatiue ab eis alle- ratur. Secundò quidquid illud præter vacuas voces, rationis- ve argumentum arbitriũ sit, eisdem aduersarij torum princi- pios prædeterminatiue à Deo præfinitum probatur. His ipsis argumentis præclusa est solutio Aluarez n. 36. & d. 28. n. 2. ex quo alij esse fundamentum malitiæ, vt prouenit à voluntate creata defectibili, sequi, (vt alij addunt) Deo, cuiusque voluntati & legi non subdunt. Sed posita lege prohibente, & (vt hi volunt) persistente cum voluntate

effica præfinitionis à voluntate eiusmodi fieri prædeter- minatiue præfinitum, & causatur: ergo & vltimum funda- mentum, seu materiale peccati formaliter, nec solum ma- terialiter sumptum, causatur à Deo: itaque, vt quæ defecti- bilis in actu primo creatura est, materialiter, & vltimò fun- damentaliter deficiat, & subinde malitiam formalem, & peccatum absolute inuitabiliter materiali illo exercito apponat. Confirmatur ex causalitate absoluta Dei in materiale formaliter sumptum, & vltimum fundamentum bonitatis operis boni, atque in bonitatem ipsam, & opus ipsum bonum: quæ ea solum ratione horum sententia à Deo causari eique, vt principali causæ, & authori tribui dicuntur: quia ea fieri à nobis prædeterminatiue præfinit.

## CERTAMEN II.

### Euaſiones alie quæ Deum in peccati cauſatione à culpa excuſant.

1. Solutiones alie, quæ huic argumento adhibe- ri à Præfinitionibus solent, non tam illud soluunt (vt ipsi vellent) quam causalitate absoluta peccati, ex causalitate materialis peccati in Deo admissa eius fœditatem euacuare, atque adeo turpitudinem deterge- re conantur. Prima earum est. Deo nullam esse legem impositam, ne aliquid in creaturis, ac per creaturas suas faciat, fierique velit: quia earum Dominus, & su- premus est: quia essentia, & natura sua iustus: cum ta- men certum ex Scriptura sit iusto legem impositam non esse: implicat autem male, & contra legem operari eũ cui lex contra quam operetur, nõ est. Hæretica solutio, & quæ hæretum aliam de nulla lege iustis imposita supponat, ita respondet Zuinglius (serm. de prouid. c. 5. [Cum Deus, in- quit, Angelum, vel hominem transgressorem facit: ipse ta- men non transgreditur: vt qui contra legem non venit. Non est igitur peccatum, quod Deus facit: sed homini, atq; An- gelo est, illos enim lex premit, atque acuat, deo autẽ cum creaturis suis libere licet agere: non minus, quam Patri fa- milia cum rebus suis, quam figulo cum luto, vtique: igitur creaturam huc impellat, huc, aut illuc agat, tantum abest, vt peccet, vt hæc cita insigne bonum non faciat: cum inte- ri in homo, cui lex est præfixa, etiã cum impellitur peccet aduersus enim legem operetur.] c. 6. [Quod Deus facit nõ est peccatum quia non est contra legem, illi enim non est lex posita, vt pote iusto. Nam iustus non ponitur lex iuxta Pauli sententiam: vnum igitur, atq; idẽ facinus, puta adul- terium, aut homicidium] quantum dei authoris, motoris, & impulsoris opus est, crimen non est: quantum autem homi- nis est crimen, ac scelus est: ille enim lege non teneatur, hic autem lege etiam damnatur.] Ita apud Bellarm. supra c. 4. §. Tertia ratio. Mittam posita præfinitione prædetermina- tiua ad materiale peccati, nullam hic, & nunc operantibus prauæ legem aduersantẽ perſistere: atque item semel iusti- ficatum, iuxta alteram rationem. Ob quam ab his Deum nulli legi subiaccere probatur, peccare nequaquam posse: quod, vt dixi, hæretis est expressa: siquidem, & iustos plures à lege sibi cum reliquis imposita prauariatos esse cõstat ex Sacra Pagina, & dauidem, Salomonem, & alios, & vni- uersim Ezech. 18. atque alibi dicitur peccatum, & dam- nandum iustum, si faciat, quæ lege prohibentur. Sed contra solutionem adhuc ex hac parte contra primo: Quia, & si iusto quoad terrorem & quasi coactionem, & violentiam meticolosam, ob quam legi pareat, cum parat, lex imposita non sit, quia lubens ex eius amore legi obsequi- tur: vt Zuinglius ipse ait, & Textus Pauli Catholico sensu intelligi solummodo potest, ac debet: atque ita nec neos, quia non inuitus, sed suppete genio, & natura recto suo dic- taminis (quod lex æterna est, & rectæ legis omnis origo) conformis operetur; tamen, sicut iustus terrore, & seruili metu legis exemptus, contra illam agens, peccaret, ita, & multo deformis, deus, vt iam ostendam. Cum autem non solum, qui immediatẽ, ac proximẽ actionem prauam prohibitam exercet, ac subinde peccatum com- mittit, sed qui ei causa, & author est, contra legem facit & peccat: ob exemptionem terrores, & metus serui- lis legis, à fœditate, & turpitudine peccati, & si iustissi- mus natura sit, si operis prauis effect author nobis deus,

2. Secunda solutio fumiatur ex fine, qui Deo ad praedicationem praedeterminatum materialis peccati, cuiusque, et malitiae lubidine, & peccati nostri absolute causationem non vult tantum sed multiplex honestissimus est. Quare, inquit adhaerere: cum, non tam ex re peccata, quam ex fine, & motu penitiae honestas actionum deprecatur: Deus scelera nostra causare, non solum abique illa utriusque, sed cum iustitia honestate defendens erit. Solutio etiam habet haereticorum praefinitorem est. Calvin. instruct. adhaer. liberticos c.14. ait: Magna est differentia inter opus Dei, quod opus impy, cum Deus eo vice instrumentum, opus Dei, Impius enim sua avaritia, aut ambitio, aut irindia, aut crudelitate incitatur ad facinus suum, neque malum finem spectat: id eo radice illa, id est ex aeternis affectione, & fine, quem peccata, quod qualiterem sumit, & merito malum indicatur: Sed Deus respectum omnino contrarium habet: nempe, ut iustitiam suam exerceat. Ruffus: Negamus Deum mali esse: Authorem: quia in hac voce certa est notatio praesentis effectus: maleficum enim affirmatur ex fine, quo quisque tendit, lib. de aeterna Dei praed. & opusculis editionis Genevensis anno 1552. pag.946. Ergo, cum iusta de causa licet nobis ignota, (ut dixit pag. 917.) de Domino procedat: quae scelerate ab hominibus maleficia perpetratur, etiam si verum prima causa sit eius voluntas, peccati tamen esse Authorem negat. Theodor. Beza respon. ad Sebalt. Castellion, refutatione col.2. de Adami causa. Deus hominem condidit ad gloriam, cum misericordia, tum severitatis sua declarandam, &c. Ideo oportuit Adamum condid. sanctum, & innocentem, sed, cum sua sponte, & sine illa Dei culpa, vitiosus factus patefaceret vitium aeterni Dei consilii, id est, cum misericordia, tum severitatis ipsius declaranda: oportuit ergo Deum quoque bene unicuique vitam sibi aperire: id est Adam iustum ordinare: sed ad eum, quem dixi: iustum, qui, cum suis iustissimus, & sanctissimus ipsam quoque ipsius ordinationem esse consequitur: ac rursus apud Stapleton in acta cap.2. ver.45. criminis Iude, ac Iudaeorum immanitate perpena, ab illis, & tamen dicit Scriptura, eandem continent excusationem ex bono fine eius verba Apophor. 31. Iustus tamen permittit: quod iusti iniustitiae agunt: quoniam peccata quatenus a Deo nolente permittuntur, (permissoe haeeretica abusu, quae contra positum voluntatem & causationem admittit), peccata non sunt, sed peccatorum pena iustum esse et coram Deo peccata etiam peccati ultio: sed ipsa eadem actiones, quatenus a Sathana, & a malis per Sathanam, & per propriam concupiscentiam sollicitate aeternis demum peccata sunt. Melancthon explicat. epist.ad Rom.cap.8. Nam ipsa mala quae sunt (tu-

3. Probatum vero faciem bonum non purgere à turpitudine actionem malam, neque circa illam affectum, id axioma Theologicum fere: *Non fuit facienda mala, ut evitentur bona*: ac proinde furari, et elemosinam legistatur: nemini licet: nec mentiri, ut proximi vitam legatur: nec miracula fingere, ut Deus laudetur. Secundoprobat ex Innocentio III. c. *Super eo*, de *verbis* dicentis: [Cum vivamus crimine virtutis testamur] pagina 1. testetur, super hoc dispensationem aliquam polle: non videmus: quia, cum Scriptura prohibet propter vitam mentiri, multo prohibendus est quis, ne pro redimenda vita captivi vivamus crimine innotulet. ] Pollet autem, dubio procul, dispensari, si pollet ex bono fieri, aut mendacium malitiam exuere, ac inducere honestatem. Terrio fecera notitia iustitiam Dei commendatur: contra Paul. ad Rom. 3. [ Si enim iniquitas notitiam Dei commendat quid dicemus? Nunquid iniqui autem Deus, qui infert iram? Absit. Alioqui quomodo incantavit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in eo mendacium abundavit in gloriam ipsius, quid adhuc ego, tangamur peccator iudicor? Et non (fieri blasphemiam, ut si feci alium non dicere quidam,) faciamus mala, ut evitentur bona, ] et cap. 6. [Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Si enim mortui sumus in peccato, quomodo adhuc vivemus in illo. ] Non propter peccato mortui essemus, fed in illo vivemus, si ex bono bene, ut Dei gratia magis splendens, ac abundans, necesse inisteretur, ac in eo maneremus, cuius testamur, necesse ita exposuit Chrylog. ferm. 113. [ Si quidem Maledicis non vulneri, fed cura proficit ac saluti: nec maledicis fed soli congesta delenda delicta ibidem fuge peccati inculpanda, fed ad delenda delicta ibidem fuge peccati inculpanda: ] Quibus verbis aliud intentum certam, sequens persequendum curam eiusmodi pñitionis arguendum fuggit. Etenim utriusque testimonij ratio, et ratio solum, quæ per se, & directè mala non funt, ac labiles gloriæ Dei, per se possunt inferre posse ex aliis, et intentione heri, arque ad illum honestè ordinari. Quo respecto per se, & directè mala funt, ac proinde Deus, cuius gloriæ adversa, ( ut hic et nunc propter nobis etiam actiones prave, & peccata, ) & si per accidens ex causa posteriorum occasione Deus specialis ordinatione dispensat, & providentia sua bona plura, & gloriam suam patet, ac

ducere; aut nec fieri, nec intendi posse antequam sint, aut  
fiant; id quod inde constat; quia bona, ad quæ Deus se-  
mel à nobis posita ordinat, sunt, vel ad destructionem, &  
dispensantiam de illis per peccatoris penitentiam, vel  
humilitatem, vel iustitiam suam, in illis puniendis ostensio-  
nem, vel ad deterrendos alios ab actionibus similibus;  
quare scitè expositores ad primum Pauli locum eam ra-  
tionem reddunt: quod per accidens, ac non per se (sic ut  
materia actionem pravam) sequatur: in his S. Thom. fuit  
sic ad rem præsentem satis r. p. quæst. 19. art. 9. ad 1. *Nilhil  
inducitur: secundum illud, quod competit ei per accidens  
sed secundum illud, quod competit ei per se: eamque ra-  
tionem ad eum locum Pauli supponunt Chrysostom.  
Oecum. Theod. Anselm. Ambr. & alij Patres aientes: ho-  
mines per peccata necdum glorificari, necesse gloriæ Dei  
causis, & auctoribus, neque veritatis, & iustitiæ, nec ad eas  
proficere: quæ de causa per se, solum, vera sunt: ac pro-  
inde nec ob illam esse peritrandam; quarto Eccl. 15. *Non  
enim necessarij ei (Deo) sunt homines impij: ad nullam  
scilicet finem: cum tamen, si per se ordinabilia ad glo-  
riam ex illorum, vel penitentia, vel remissione, vel sup-  
plicio, escapandum forent, & forent ad eam finem ne-  
cessarij Deo: cum non, nisi ab impijs, possint peccata  
apponi S. Aug. lib. contra mendac. c. 7. sic fatetur: [ea quip-  
pe opera hominum, siue causas habuerint bonas, seu  
malas, nunc sunt bona, nunc mala, quæ non sunt per se  
ipsa peccata: cum vero iam opera ipsa peccata sunt, si-  
cut furtiva, stupra, blasphemias, vel cetera talia: quis est,  
qui dicat causis bonis esse faciendam, vel peccata non  
fieri, vel quod absurdum est] iusta peccata sunt: ] Sexto  
videt Vvalden, eorum similem antiquorum doctrinam  
arguit. 1. doct. fidei cap. 28. sub finem, quia Dei exemplo  
hic agerent homines: committendo furtum, ut inde parent  
elemosinam, & perpetrando perjurium, ut redimant  
mercedem contra mandatum Apostoli: etenim Dei ho-  
nestissima opera, & voluntatem imitari honestissimum  
est.**

4. Et hæcenus dicta contra quævis finem eis præ-  
finitionibus prædeterminationis ad materiale peccati, ac  
subinde peccatum, quod per illas vult, & causat Deus,  
apponat, ipsum à culpa peccati non purgare: nec glo-  
riæ suæ finem, communiter, tam ab hæreticis, quam ab  
alijs præfinitionibus designatum. Nunc alijs finis reicien-  
dus, nempe satisfaciendi muneri causæ primæ, quem  
eodem concordia Domini eam præfinitores cum hæreti-  
cis designant. Caluin. lib. de æterna Dei prædest. citat.  
edit. Genevæ, pag. 152. aiebat, ut vidimus n. a. *etiamsi  
veram primam causam sit eius voluntas; peccati tamen eum  
esse auctorem nego: quia utique muneri satisfacit suo: ac  
proinde peccati, quod ad imputabilitatem moralem, au-  
thor, & causa esse nequit, cum muneri satisfacit suo: id  
expliat exemplo causalitatis vniuersalis, quam sol in su-  
blimitate exercet. 1. institut. c. 17. §. 5. scribens: unde qua-  
si scior in caduere, quod calore solis, tum putrefactum,  
tum refractum fuerit: Radius solis excitari omnes videntis  
nemo tamen illos (scilicet radios) fatere adeo dicit: itaque  
cum in homine malo subsistat mali materia: culpa, quid  
est, quod inquinamentum aliquod contrahere putetur  
Dei, si ad suum arbitrium utatur eius ministro: quo ita  
rem condici Caluinus putavit (inquit Bellarm. supra c. 5.  
colam. 4.) ut eodem vltus exemplo eisdem verbis poene  
facit instruct. contra libertinos c. 14. & epistola contra  
Franciscanum illum libertinum: & quidem eodem solis,  
& influxus celi exemplo Dei in actiones nostras pravas  
concursum simulaneum à culpa excusant Patres Hieron.  
in id Eccl. 17. *considera opera*; & epist. 150. ad Eduiam,  
q. 10. med. alique Patres, quos supra recitauimus & S. Th.  
1. 2. quæst. 79. art. 1. corp. pluribusque alijs locis recita-  
tis quæst. 3. à num. 3. Cæterum exemplum ut à Caluino  
inducitur, & re non esse inde satis constat: quod ex  
parte voluntatis ante prædeterminationem, & influ-  
entiam, seu qualitatem præuiam Dei, nil, quod actionem  
terminatur ad illam; à concursu autem, & influxu solis  
non determinatur, nisi de se putridum iam, ac viciatum  
corpus ad fætoris: siquidem calor idem, quem sol  
per se causat, poma, & aromata suauissimo odore  
fragrare facit, non fætere: quod autem, etsi sol cau-  
saret determinatè fætoris illum corporis putridi, ipse*

non fæteret, non excusaret à culpæ fætoris Deum ipsam  
in nobis causantem: siquidem denominationes intrinse-  
cæ physice non tribuuntur ex causalitate actiua earum,  
sed ex formali ipsarum inherencia subiectis, quibus tri-  
buuntur; quod secus in moralibus euenit: peccata enim,  
non proxime solum ipsa admittentes, & operantes, sed  
& ad illa ipsos excitantes, inducentes, impellentes, ne-  
dum prædeterminantes, turpitudine inficiunt. Patres  
verò, & scholastici eis exemplis rem Catholice expli-  
cant: quia omnem determinationem ad actionem prauam  
penes voluntatem creatam esse aiunt, quæ concu-  
sum indifferenter ad vtrumvis à Deo oblatum determi-  
natione sua simul trahit: quemadmodum calore à so-  
le producto, & aromata suauem odorem spirant, ca-  
dauera putore suo fæcent. Missa tamen exempli huius  
ad præfinitionum sententiam recandam, explicandam,  
que inutilitate, imò ineptitudine: eidem solutioni de  
primatu, & vniuersalitate causæ propriæ Dei Caluinus  
insistit, 2. instit. c. 4. §. *Omitto hic vniuersalem Dei moti-  
onem unde creatura omnes, ut sustineatur, efficiam quid-  
vis agendi ducunt, quæ abunde Deum prauum operis &  
peccati causatione à culpa excusari docuerat recitatis  
locis, ac sapius hisque verbis supponit. Beza eandem  
solutionem tentat primis septemdecim aphorismis, dum  
Deum causam primam statuit, creaturæ omnia ipsius  
instrumenta, ut inde ipsum à culpa scelerum, quæ ex  
eius præfinitione agimus, purget Aphor. 18. his ver-  
bis: iam igitur ipsa ad Deum accomodemus, cuius effi-  
caciæ ante probauimus in omnibus, quæ sunt sine ulla  
exceptione: & ita quidem, ut per ea, quæ condidit,  
tanguam per instrumenta exequatur suo tempore, quod  
ab æterno decreuit. Consonat reliquis deinceps Bucerus  
ad Rom. 1. in ea verba: Tradidit illos Deus, scribit. Ex  
hoc, quod Deus non sit efficax nostra indurationis causa,  
nostræque traditionis in desideria mala, consequitur  
Deum non esse Deum hoc est rerum omnium causam pri-  
mam: & Zuingleus serm. citato de prouidentia cap. 3. ait  
cum Deus in se non posset, per creaturam iniustitia exem-  
plum produxit: Non, quasi creaturam illam suo Marte  
produxerit, quæ, nec est, nec vult, nec operatur sine  
numine, sed sibi in operando, ut causa primæ, & vniuer-  
sali subiectam; sed, quod Numen ipsum auctor est eius,  
quod nobis est iniustitia; illi vero nullatenus est: quia  
scilicet abique eo nos, vtpote creaturæ eius, operari non  
possumus.*

5. Verum solutio hæc supponit, & recte, Deo eius-  
que bonitati repugnare plus efficacia, & concursus ad  
materiale peccati ex parte sui exhibere, quam opus sit,  
ut muneri causæ primæ satisfaciatur, requiraturque, ut  
actio praua, & peccatum in rebus à nobis apponatur:  
inde enim non solum ab his, sed & à nobis, ac reliquis  
scholasticis Dei concursus in actiones pravas à culpa  
excusatur: quod autem vltra debitum munus causæ pri-  
mæ exhiberetur, neque ex eo munere esset, neque ex  
sine satisfaciendi muneri illi posset exhiberi, ut præsens  
eualio contendit: ac ei muneri, abique prædetermina-  
tione, præfinitione ex parte sua ad materiale peccati,  
præparatione, & oblatione concursus ad illud, cuiusque  
oppositum pro arbitrio voluntatis, sit omnino satis, nec  
fieri satis aliter potest: tum, quia eo solummodo saluari  
creaturæ liberæ in ea actione elicienda libertas potest,  
vbi fuit disp. 1. mon. strauimus, cui seruandæ causa prima  
eius, & vniuersalis, quæ talis respectu eius creaturæ est,  
debet attendere: tum etiam: quia nulla ratione, aut au-  
thoritate, nisi leuissima, seque ipsa labante, & subruen-  
te, (ut vidimus disp. 1. vniuersum contra præfinitiones  
prædeterminationis actionum nostrarum liberarum, &  
speciatim prauarum tota hæc disputatione, videbimus-  
que cert. postremo,) inducitur necessitas præfinitionis  
prædeterminationis ad actiones liberæ, præsertim pravas,  
ex parte & titulo causæ primæ: ergo nulla est ex eo titu-  
lo, & sine peita solutio. Sed probatur vicius antec-  
cedens subsumptum. Nam in quibuscunque creaturis  
liberis, cedentibus tentationi, siue non cedentibus, ad  
munus causæ primæ spectat eas in actu primo conti-  
nuere, ut operari prauæ, ac cedere tentationi vel omit-  
tere, aut oppositum agere absolute possint (ut Domi-  
nicani præfinitores asserunt, quomodolibet ad oppo-  
situm eam potestatem cum præfinitione ad actum

componant) atqui in iis, qui actionem prauam non eliciunt, nec tentationi cedunt, adest potestas absoluta in actu primo (quæ abique requisitis omnibus, ex parte actus primi ad operandum esse nequit) ad cedendum tentationi, & actionem prauam eliciendam absque præfinitione prædeterminatiua ad illam, vt patet in præfinitione omnium doctrina: ergo muneris causæ primæ, quatenus ad actus primi, & potestatis absolute creaturæ liberæ ad actionem prauam eliciendam, constitutionem spectat, satisfaciunt absque prædeterminatiua præfinitione Deus: ergo præfinitio prædeterminatiua actionis prauæ necessaria non est, vt Deus muneris causæ primæ satisfaciatur: etsi comitans Dei concursus pro actu secundo, vt pro eo etiam signo, & posteriori naturæ satisfaciatur, vltimius requiratur. Nec refert, si quis dicat ad munus causæ primæ pertinere præfinitio prædeterminatiua ad actiones eliciendas, non autem ad non eliciendas. Siquidem argumentum ad munus causæ primæ antecedenter ad actum secundum liberæ operationis creaturæ expendum omnem diuinæ præfinitionis efficaciam, & prædeterminationem cum operatione connexam excludit. Secundo impugnatur valde ab absurdis solutio notatis fere omnibus à nostro Ruiz d. 20. sect. 1. art. n. 7. quia, cum multo plures actiones turpes, & peccata sint, quam honestæ incredibile est ad munus causæ primæ, & vniuersalis, & sanctissimæ spectare plura tot praua, quam honesta prædeterminatiue efficiaciter præfinitio. Ne vero ad anteauctorum peccatorum demerita recurras, aduerte adeo præponderantia Christi merita diuino iudicio, non oberrantia solum, sed perpensa. Vrgentius in primis: nam qui solum tunc in mundo aderant peccatis primis, & in prauis Angelis recursum occluditur. Item Deum causæ primæ, & vniuersalis muneris non satisfaciatur, nisi hic, & nunc ludam ad prodicionem non determinet: & sic de aliis peccatoribus: nec satisfaciatur ei muneris, nisi Paulum hic, & nunc ad conuersionem prædeterminet, & sic de iustis alius ridiculum est: quod hæreticæ diuinæ electionis gratiam euacuet: cum nihil, quod solo titulo causæ vniuersalis, & primæ à deo decernitur, & præstatur, ex gratia Christi præstetur ac donetur. Tercio, cum muneris causæ primæ propriissimum sit inclinationi, & propensione causarum secundarum voluntate, & necessitatio concursu suo annuere; deficiet à munere causæ primæ, quoties propensum ad vitia ad ea non prædeterminat, sed tenet ne cadat, lapsusque præ propensione à vitis reuocat, & ad meliorem frangi conuertit: quod si ita esset, vix nobis ex massa Adam corrupta, pronaque ad malum pro creatis. Deum enim ex causæ vniuersalis primæ munere in nos tanquam parietis inclinatio, & materia depulsa irruentem (quod perdidit etiam hominibus improperat Psalm. 61.) Deum haberemus aliunde quarto. Nulla erit naturæ humanæ maior, quam Angelicæ (supremæ etiam Angeli) fragilitas, cui nulla alia fragilitas sit ab ea, quæ sua præfinitione prædeterminatiua, necessaria antecedenter, vt prauè operetur, Deus cuique ex munere causæ primæ vniuersalis indiderit quinto demum, cum munus hoc causæ primæ, & vniuersalis ad prædeterminandum creaturas rationales ad materiale peccati, & turpes actiones sicut nec ad honestas, Deum non determinet, aut cogat, fiet, vt tam prædeterminatio ad actiones prauas, quam ad honestas oppositas, vel pura alterutrum omisso, ex munere causæ primæ vniuersalis liberæ à Deo proveniat. Inde vero inferitur necessario, iustum posse longo quantumvis tempore vitare mortalia alia omnia, & omnes tentationes quantumvis vehementes superare, persecutarique in iustitia absque gratia Dei supernaturali per Christum contra definitionem Tridentini sess. 6. c. 13. & can. 22. Imò & quamuis absque habitu villo, & auxilio gratiæ supernaturalis, innoxium toto vitæ tempore posse persistere (quod longe est absurdius) cum omisso, siue pura præfinitionis prædeterminatiuæ ad actionem prauam, siue coniuncta præfinitioni prædeterminatiuæ de actione incompossibili, pro quouis tempore ex libertate, & munere, tituloque causæ primæ vniuersalis mere naturali proueniat: eaque sublata praua actio, nec futura sit, neque esse de facto possit; in nolitis verò principiis, cum de negare concursum ad peccandum, siue exiguo, siue longo tempore, (vt Deus pro libito potest) non ex causæ primæ, &

vniuersalis munere, sed ex Dei deficientia huic muneris (ex quo paratum ex parte, & decreto suo de indifferenter concurrendo pro creaturæ liberæ arbitrio concursum habere debet) denegat concursum, ac non concurrere decernat, non nisi, vt causa specialis ex supernaturali prouidentia id præstaret: atque pro tempore, quo vellet, hominem culpa immunem seruaret.

6 Has forte difficultates subodorari aduersarij alias tentarunt euasiones. Primam negando Deum titulo causæ vniuersalis primæ, vtque ei muneris satisfaciatur ad actiones prauas nos prædeterminare. Hanc à nonnullis Thomistis Dominicanis datam refert Ruiz, quam ego & à Caluinistis datam non semel video: Primo à Caluino 2. instit. cap. 4. §. 2. omittit hic vniuersalem Dei motionem, unde creatura omnes, vt susciuntur, ita efficiaciam quidvis agendi ducunt, de illa speciali actione tantum loquor, quæ in vnoquoque facinore apparet. Item quæ eodem loco: & §. 3. de instrumenti ratione omnis creaturæ respectu Dei, cuiusque vniuersali dominio in creatura omnia ad quoscunque vellet, & ex quouis sine relict eorum usus; quam etiam dedit Zuinglius episcopus citata ad Philippum Carorum Principem capite 1. his verbis: cum mouet ad opus aliquod, perficienti instrumentum fraudi est, sibi tamen non est: ipsi enim libere mouet, neque instrumentum facit iniuriam, cum omnia sint magis sua, quam cuiusque artificis sua instrumenta, quibus non facit iniuriam, si nunc limam in malleum, & contra malleum in limam conuertat. Mouet ergo latronem ad occidendum: Beza aphorismo 18. supra recitato & 19. 20. 21. 22. 30. eadem doctrina instrumenti & artificis eo vrentis pro libito, hanc tradit solutionem, item qui ad arcana Dei concilia occulta Dei iudicia in te præfenti recurrunt: nam munus tituluque causæ primæ, & finis notissimum huic muneris satisfaciendi decreto prædeterminatiuo materialis peccati notissimum generalissimumque est, neque in arcana Dei consiliis, & iudiciis à nobis inferutabilibus, & absconditis repositum, torcebat Caluinus citatis opusculis, & editione lib. de æterna dei prædestinatione, pag. 905. Arcanum Dei consilium, quo prædestinatus fuerit hominis lapsus, quæ deest fortitate procul adoret fides nostra. pag. 917. cum longe aliam humanam mentis perspicaciam arcanum esse palam sit, ne ignorantiam nostram fateri pudeat: imò ne quem ex fidelibus ne scire pigeat quod Dominus lucis sua inaccessa fulgore absorbet. Ac 3. instit. c. 23. §. 4. ait. Redundum tamen semper esse ad solum diuinæ voluntatis arbitrium cuius causæ sit in ipso abscondita & §. 9. ex necessitate adeo impudenter agendum excusabiles eos non esse ait: quandoquidem Dei ordinationi, quæ se exitio destinatos conueniuntur, sua confert aequitas, nobis quidem incognita, sed illi certissima: similiter, & eius discipuli loquuntur, sed tamen solutio hæc præcipuum deserit aduersariorum, siue Hereticorum, siue Dominicanorum fundamentum, quod est causæ & libertatis diuinæ primatu defumitur, cum non inde sed ex titulo & fine alio nostrarum actionum liberarum prauarum etiam, præfinitiones prædeterminatiuas indocet. Secundo neque ea ratione proxime factas impugnationes euadit, nisi in alia eque absurda relabatur. Etenim ex quocumque titulo, & fine speciali, qui causæ primæ, & vniuersalis non sint, ea actionis prauæ prædeterminatiua præfinitio à Deo concipitur, vel in ordine naturalis prouidentie remanet, vel fecit: Si primum omnia absurda memorata sua proportionem reuertunt, præsertim postremum; quod scilicet longo quouis tempore absque auxilio gratiæ supernaturalis per Christum possit iustus in gratia perseuerare contra Tridentinam definitionem; imò, & peccatorem toto vitæ relique diutissimo tempore tentationes omnes absque supernaturalis prouidentie gratia, donoque vincere de facto possit. Si autem postmodum, dicas præfinitionem prædeterminatiuam actionis prauæ, ac peccati titulo, & fine specialibus quibuscumque conceptam ad ordinem supernaturalis prouidentie pertinere, æquæ aliam incidit absurditatem. Nempe gratiosam ordinis supernaturalis voluntatem Dei indeque orram gratiam ordinis eiusdem ad actionem prauam, & peccatum inordinatè requirit: quod erroneum, vt minimum est, etiam iuxta Patres, & Concilia, id solum, quod gradu quous ad vitam æternam conducit ad ordinem gratiæ, & prouidentie supernaturalis spectat, ac prouide, quod ad peccatum

carum, quo ab æterna vita deducimur, nos inducit ad ordinem gratiæ, & providentiæ supernaturalis nequit spectare. Secundo, quod in nobis, & à nobis ex nobisque est, ordinis gratiæ providentiæque supernaturalis non est, iuxta Patres & Concilia: atqui iuxta horum dogma peccatum à nobis est, etenim contra Pelagianos, & semipelagianos hoc statuit: *Nihil nos à nobis, & ex nobis habere nisi mendacium, & peccatum: ut minimum etiam opus ad vitam æternam conducent ex gratia supernaturali Dei esse contra præfatos hereticos probent: ergo iuxta Concilia nihil super naturale ad actionem pravam, & peccandum potest induci* requiri. Dixi *induci*; quia retractivè, siue retrahendo à peccato, qui minimum auxilij, seu vocationis necessariæ ad constituendam libertatem ad peccandum gratiam Dei esse cum nostro Gaspare Hurtado (nos) Academiæ Complutensis Decano Doctores censeant aliquid super naturale ad peccandum: *retractivè* tamen requirit censura omni (me iudice) immunes faterentur, sed de his latus tomo I. de ente supernaturali contr. 2. d. 3. de gratiæ auxiliant necessitate. Denique, si ea supernaturalis providentiæ specialis in præfinitione prædeterminatiæ actionis nostræ prave admittatur, crudelior, diutior, immeniorque in nos Deus convincetur, quam, si ex connaturali nobis providentiæ præfinitione, siquidem ex connaturali ordine nos extraheret, atque ad super naturalem eucheret, ut maiori nos ruina agat, in peccatum, & in tartarum præcipit.

7. Secundum ad hæc vitanda effugium aperuit adversarius noster Ruiz d. 29. sect. 2. sed simul præcludit. Nempe Deum prævolere voluntatem creatam pravam operationem, & peccatum executam absque concursu Dei, si absque illo agere possit; tuncque suæ munere, titulo, & sine causæ primæ universalis, siue ex specialioribus aliis, absque illa sui indecentia posse Deum actionem ipsius pravam prædeterminativè præfinit, & peccatum subinde causare. Hac solutione ad decretum comitans tumendum Valquinos vobis audiui. Ceterum, & in terminis implicat solutio, nec difficultati satisfacit, & Dominicus Thomistis ex vobis aliunde non potest. Primum constat. Nam in illa hypothese, si voluntas creata absque concursu Dei posset operari, & operatur est implicatio in horum omnium sententia: quæ statuit omnia creata concursu Dei non solum, ut sint, sed, ut operentur etiam, ex parte actus primi indigere: ergo in cōditione illa voluntas creata vera potest conditione ipsa, vel increata esse, vel chimæra: de quavis autem earum peccabilitas, siue operatio prava, & peccatum falso iudicio (quod virque Deo repugnat) asseritur: siquidem Deo, ob entitatis perfectionem actio prava, chimæra, ob necessarium entitatis defectum omnis vera operatio repugnat. Nec difficultati satisfit: ex eo enim, quod peccatum aliàs scias absque tua inductione, & impulsione per impulsione alterius, non licet tibi loco illius impellere ad peccatum, quin culpam incurras: imò, neque illum alium impulsorem, ut peccatum, & actio prava fiat, impulsione, & inductione tua adjuvare. Vigetur, quia præfinitionis huius prædeterminatiæ impulsione actionis prave & peccati à voluntate creata futuritio absolute & de facto apponitur: nam futuritio illa prave operationis à voluntate creata, si se sola posset (est ficticia, & chimærica non esse) conditionatam futuritionem in qua sola semipelagianæ & hæreticæ peccata, & demerita admitti possunt) minime prætergredietur. Denique nequit Dominicanis solutio inferri. Siquidem futuritionem veram, & scientiam conditionatam contingentis, non solum absque decreto absolute Dei ex parte actus, & obiectivè conditionato, sed etiam absque eius decreto adhuc ex parte hypothetico (quod solum tota hæc controuersia, contra illos committimus) imò cum illius & omnis voluntatis Dei, etiam indifferenter concurrenti, negatione, & exclusionem admitti posse, ac debere ex solutione faterentur.

8. Evasio tertia est de spontaneo ut coactioni, & voluntario apponitur, quod ad peccatum satis esse, ac Deum à culpa in eius causatione excusare contendunt est bastian. Castellion, refutat calumniam 2. verum non poterant aliter velle: Faterentur, quoad euentum, & energiam, sed voluntatem tamen Adami coactam non fuisse. Sotus 1. de

natura & grat. cap. 17. eadem ex Luthero, Melanctone Bucero refert, ac refellit, ex locis communibus Lutheri, ubi quia peccatum propria voluntate diaboli, & hominis ortum est, neque Deo approbante, aut cogente voluntates nostras, factum est: ideo nequaquam est necessario factum necessitate absoluta: sed spontaneitatem à coactione & involuntario solutam ad meritum, ac demeritum, & libertatem ad hæc necessariam, non sufficere ex Tridentino, & definitionibus Pontificum ostendimus d. 1. Nunc eius solutionis, ut Deus in actionis prave, & peccati causatione, à culpa excusetur, insufficientia ostenditur. Etsi enim impulsio, & inductio in actionem pravam alterius huius libertatem relinquit, & in nobis etiam Dei prædeterminatiæ præfinitio prave nostræ actionis & peccati (ut adversariis tota hæc disput. permittimus, non fatemur) ac proinde libertatis, & potestatis nostræ actio prava sit: nihilominus ita liberè operaturum prave impellens, cuiusque actionem pravam causans, & peccatum, à culpa non liberatur: multo ergo minus Deus præfinitione prædeterminatiæ actionis prave, & peccati non plenam potestatem, sed spontaneitatem solum nobis relinquit, etsi hæc ad peccatum sufficere admittatur, semper enim verum perstat causam peccati, quidquid, ut peccatum absolute sit, sufficiat culpabilem esse: Quarta solutio est Caluini citato lib. de æterna Dei prædeterminatiæ edit. præfat. pag. 946. verbis illis: *Nec vero obliuione legenda est illa, quam posui causarum diversitas: quod alia est causa propinqua: alia autem remota causa, ut sciamus quam longa inter æquales Dei providentiam, & turbulentos hominum imperis sit distantia: Hæc autem maioris propinquitatis prave operantis respectu operationis prave, quam causæ illum inducentis ad ipsam neminem, qui aliam sciens, & volens ad pravam operationem & peccatum inducit impellit, adigitur, peccare suadent: cuius oppositum dogma fidei est quinta eiusdem Caluini solutio ex 3. institut. cap. 23. §. 7. sic habet: Negant decretum fuisse à Deo, ut sua defectione periret. Adm: quasi vero idem ille Deus, quem scriptura prædicat facere, quæcumque vult, ambiguo sine consideris nobilissimam creaturam: Honorabilissime fuerit honorabilissimæ, & nobilissimæ creature rationali in vas contumeliæ, & perditionis determinate eam libertate (qua ceteras nobilitate antecellit) spoliata deitineare, quam in arbitrio sui ambiguo tantæ ignominie fugam, & ad supernæ felicitatis accessum relinquere? O belluinam rationem furente cerebro non rationali cerebro dignam.*

9. Ex hæcenus dictis liquet, quam imperceptibili discrimine Dominicani Thomistæ pauculi, quos quæst. 1. memorauimus suos ad materiale peccati præfinitiones à Caluinianis & quandoque Lutheranis, & doceant, & ab oppositionibus virisque communibus vindicent: sed tamen Dominicani duobus suas ab hæreticis præfinitionibus discriminari contendunt. Primo quod suis hæretici, actionis prave, voluntariæque nostræ libertatem aboleri docerent. Hoc tamen ad rem præsentem de necessaria culpæ contractione à Deo prædeterminatiæ præfinitione actionem pravam, siue liberè absolute præfinitione prædeterminatiæ posita, siue non liberè eliciatur quidem: Secundo ostendimus disput. 1. rem libertatis ipsam (de qua cuiusque obiectiua definitione lis Tridentino, & Catholicis cum Caluinistis semper, & Lutheranis aliquando fuit, non autem de voce libertatis) æque alterutro præfinitionibus euerit, & Melancton citato loco solum in sensu composito præfinitionis (ut Dominicani dicunt) impotentiam non peccandi asserit, cum eaque absoluta à necessitate potentiam, non agendi prave in nobis iungens immutabilia tamen peccata, per decretum Dei fieri subdit ut ex ipso recitat Ruard. Tap. 2. 7. & verbis, adeo quandoque Catholicis, ut omnem Dei in actiones nostras pravas impulsione, motionem, & voluntatem antecedentem negare videatur, solamque, ac puram permissivam eius voluntatem cum Catholicis admittere, & quæ non magis, quam præficientia modum agendi voluntatis immutet, quibus Ruardus ipsi fecit fucum pag. 360. & 361. sed eam determinationem contingentis actionis nostræ, cuiusque ex præfinitione Dei ab arbitrio nostro independentem immutabilitatem eo loci retineat, & solum retinet errorem eandem necessitatem actionis prave in sensu

sensu composito præfinitionis cum potestate in sensu diuiso ad eius omissionem fateatur omnium hæreticarum præfinitionum parens Vricellus cap. 8. Trialogi apud Vvalden. i. doctrinal. fide cap. 2. i. sine sic fati: *Prohibetur dici potest, quod sicut Deus non potest meliorem mundum facere, sic nemo posset melius facere, quam facit, sed tamen posset, si Deus voluerit.* Secundo autem præfatos Hæreticos verbis tantum, fidoque animo asseruisse Deum autorem peccati non esse: quod tamen Dominici ipsi sincero animo, & tota sua mente defendunt, sed tamen ex dictis constar Hæreticos blasphemum reputasse Deum peccati autorem asserere, velleque, aut causare malitiam, & peccatum absolute tale; sed solum materiale peccati ad deductionem deduci. Quod ipsum solum Dominici isti, nec amplius conqueruntur, & argumentorum illationisque vis utrorumque querelis æque satisfaciunt; deinde in causis propositionum, quid illæ propriè significant attenditur, ut admittantur, vel rejiciantur à Patribus, Conciliis, & Catholicis non fides animus proferentis, ut videre est in Synodo Palentina, & Augustino, Catholicas propositiones, quibus errorem suum Pelagius tegebat, approbantibus, est ex aliis eisdem locis fictionem Pelagij deprehendat, reprehendatque Augustinus lib. de gestis Pelagij ad personarum correctionem, & medelam ipsarum, cuius modum præscribit ipse epist. 104. ad Sixtum, & cum quatuor aliis Episcopis Africa epist. 95. ad Innocent. Pap. & quidem, si ad propositionum verarum damnationem animus, & fictio profertentis attendi deberet, necessario rejicienda illæ essent, & contradictorie falsæ admittendæ. Hæc præter datas ab Hæreticis iam confutatas solutiones discrimina adhiberi Dominicanis præfinitionibus possent, quæ quid præstent, nemo non videat. Ego vero differtè ingenij mei tarditatem non possum, qui doctissimorum, & Catholicorum Patrum ab illis non videam discrimen.

### CERTAMEN III.

*Præfinitionis eiusdem ad materiale peccati impugnationes aliæ, & obiectuum solutiones.*

**P**rior ex aliis rationibus subiiciendis primam hætenus à nobis expensam confirmant. Primaque ex illis tacta iam in Patrum rationibus contra Priscillianistas, & Astrologos facti per stellatum, & cæli influxum inducunt, contra quos arguunt Patres causam peccati illos in Deum refundere; similiterque Manichæos, qui naturas aliquot ad malum determinatas, sicuti & ad bonum alias à Deo conditas effutiebant. Dedimus aliquot Patrum pro argumento sua immensa eruditione Ruiz noster dedit d. 38. vnum tantum, vel alterum pro eo argumento proferam: supponendo, quod supra animaduerti: stellas, cælumque influxu suo villanue naturam creatam non ad formale peccati, seu peccatum, quia tale; sed ad ipsius materialis, nempe actionem physicam furti, adulterij, mendacij, homicidij in omnium illorum erroribus homines impellere, & adigere; & tamen ita contra illos Augustinus expositione tituli Psal. 91. in finem scribit: *Multi non accipiunt Satanam, sed accusant fatum. Fatum meum me duxit, dicit, cum dixeris illi, quare fecisti, quare peccasti? iam manus ad Deum redit, iam lingua blasphemat. Nondum hæc aperte dicit: sed tamen atrende. & vide quia hoc dicit. Quæris ab illo quid sit fatum? & dicit stella mala, quæ ab illo quis fecit stellas malas? non habet, quid tibi respondeat, nisi Deus. Resat, ergo, ut Deum accuset, & cum Deus puniat peccata Deum facit autorem peccatorum. Cyrill. Alex. 5. in Ioan. c. 5. sed & aliud longe grauius sequitur incommo. Deum, scilicet merito inculpandum, quia cælum fecerit omnium malorum causam, enim furti, & homicidia merito dammentur volentior ratione Deus accusabitur, qui cælo indidit vim illam impulsivam ho-*

minum ad mala: Quibus locis hic discursus, quidquid causa alicuius prædeterminati, aut prædeterminantis ad prauam actionem, seu materiale peccati (de quo hæc, plerique testimonium Patrum) non solum materialis peccati suæ prauæ actionis, sed etiam peccati ipsius causa absolute est: ac Deus prædeterminantis actionem prauam, seu materiale peccati, est causa alicuius prædeterminati, ac prædeterminantis actionem prauam, & materiale peccati: ergo non huius solum, sed & peccati ipsius causa absolute est. Quod argumentum eo vigentiore est, quo præfinitio prædeterminati natura sua ad materiale peccati determinatior vniuersum solum est; neque aliis rebus apponendis potest inferuire, sicuti stellarum, & cælorum influxus possunt aliis effectibus inferuire, quibus proinde prouidentis, & producendis concepi à Deo & apponi possent, est aliunde materiale peccati apponitur à Deo cognoscitur: aut, quæ ad illud, nihilque aliud apponendum natura sua sunt apta & ordinata, ut præfinitiones prædeterminati, & prædeterminantes, directius determinatius, magisque per se ad actiones prauas apponendas concepi, & produci à Deo necessario debent: ac proinde directius, & determinatius, magisque per se causam peccati, autorem efficiunt ac probant.

**2** Idem argumentum continet, & confirmat duo alia proximè subiicienda speciatim contra Thomistam Dominicanos, quos ad hominem efficaciter confutauit. Primum ex i. p. q. 63. art. 5. ita apud ipsos sententia, & ratione S. Thomæ: Angelos nimirum in primo creationis suæ instanti peccare non potuisse, id quod de potentia, adhuc absoluta, nec solum de ordinaria potentia, & prouidentia Dei, & verum & à sancto Thomæ assertum volunt; cum tamen de potentia solum ordinariæ ab eo dictum, & verum esse posse certum mihi sit, ob peculiaritatem rationem, infirmatam iam à me, controu. de merito Christi principio, quam suo loco aperiam, ne hic importune disputem de veritate conclusionis, ex cuius suppositione, quam veritate, argumentum præfinitio procedit. Ratio S. Th. his verbis, & sensu, quo ab hisce Dominicanis, inculcatur sic habet, *Impossibile fuit Angelum in primo instanti peccasse per inordinatum actum liberi arbitrij, quamuis enim res aliqua in primo instanti, quo esse incipit possit simul incipere operari: tamen illa operari, quæ simul incipit cum esse rei, est illi ab agente, à quo habet esse: sicut moueri sursum incipit igni à generante: quibus de actu inordinato arbitrij, seu materiali peccati, & physica operatione contra legem aperte agit. S. Thom. pergit, Vnde, si aliqua res habeat esse ab agente deficienti, quod possit esse causa defectus actionis poterit in primo instanti, in quo incipit esse habere defectum operationum. & firmat exemplo, sicut, si ribis aqua nascitur claudere defectu seminis, statim incipiat claudicare. Agens autem, quod Angelos in esse produxit (scilicet Deus) non potuit esse causa peccati, actionis nempe prauæ, cuius causatione vniuersum, ac necessario peccatum causatur quare nec causa deficientis. Vnde non potest dici, quod diabolus in primo instanti sua creationis fuerit malus. Ex sic autem intellecta conclusione, & ratione S. Thomæ à Dominicanis Thomistis, ita arguo contra ipsos. Ideo Deus esse causa peccati Angeli in primo instanti creationis, ac subinde causa deficientis, quia actio, seu actus prauus legi aduersus in illo instanti elicitor esset à Deo ipsum determinante, seu in natura Angelicæ à se conditæ naturali inclinatione, & propensione (cui Deus eius autem nequit non annueret) ad eum actum prædeterminatum physicæ, sicuti enim ad motum sursum: ac qui pro omnibus instantibus, quibus actum prauum elicitor est vniuersalis rationalis creatura debet ex munere causæ vniuersalis primæ Deus determinare, ac prædeterminare eum ad illum actum actus arctius indispensabilis, quam ipsorum ad motum sursum in eius prima productione per naturam ipsi inditam determinat: ergo Deus prædeterminatiue præfinitis creaturam rationalem pro omnibus instantibus, quibus elicitor est actus prauus legi aduersus, ad eum est causa peccati ac deficientis. Porro argumentum hæc distinctiones, & solutiones ille de causatione materialis, non autem formales peccati, siue causæ peccati absolute talis, causæque efficientis, non deficientis, siue physice, non autem moralis (est nucleo, ut vidimus vacat, & purè elusio) locum*

locum non habent: quia ratio Sancti Thomæ, vt ab illis intelligatur, ac defenditur eas omnes iuuiles supponit, & exemplo ipso tibi clauda à naturate inuicem probantur. Ac tandem, si rationem soluant nostram, & suam pro impossibilitate peccati Angelorum in primo instanti sue creationis, soluant: vt quisvis, vel tardus, eadem proportionem solutionibus eisdem rationi eorum adhibitis aperire percipiet.

3. Secundum argumentum ad hominem etiam contra præfatos Dominicanos est: ipsi enim cum Aluarez de auxiliis d. 14. n. 34. docent, Deum non posse infundere voluntati creatæ habitus virtuosos, & inclinantes ad malum: quia eo ipso malum ex eis habitibus, peritibus pro actu primo in voluntate inclinationibus ad illud proueniens esset à Deo, eique, vt causæ & authori absolute tribueretur: & sciunt quidem Patres isti habitus virtuosos diste, & per se ad formale peccati inclinare non posse voluntatem, quam in malum, quæ malum ferri (vt ipsi cum omnibus facientur) prorsus repugnat: atque implicat, per ipsos, & omnes, inclinationem vllam veram naturalem ad actum impossibilem esse: sola ergo inclinatio, quam habitus virtuosus afferre voluntati possunt, est ad actus physicos prohibitos, seu materiale peccati, quatenus sub aliqua ratione delectabilis boni, siue actus ipsi, siue obiecta ad illos allicientia voluntatem sollicitant: ex quâ sententia ita ad hominem arguo: infusus habitus virtuosus inclinantis, nec tamen irresistibiliter determinantis in actu primo, ac necessitatis voluntatem ad physicam actionem prauam & puram materiale peccati repugnat Deo, quia cum eius naturalis peccati, ac subinde peccati causam absolute faceret, & authorem: atqui prædeterminatiua præfinitio, indeque necessario orta prædeterminatio, ad actionem prauam physicam, seu materiale peccati, non solum, vt cumque inclinatur in actu primo voluntatem ad materiale peccati, sed potentius, determinatiua vrgentiuseque eam necessitatur, ac irresistibiliter eam prædeterminat ad illud: ergo repugnat eiusmodi præfinitionem prædeterminatiua ad materiale peccati à Deo concepi, ac prædeterminatiua ad illud à Deo infundi, quia authorem, & causam peccati absolute, potiori iure eius à Deo conceptio & infusio Deum faceret: quoque te verum solutionum, & causationum veras, contra doctrinam tuam, de impossibilitate habitus virtuosus à Deo, conuenteris. Vrgentiuse ad hominem præfatos Dominicanos ex alio eorundem doctrina refello. Aiunt enim vniuersum Deum habitum, aut actum erroris nobis infundere non posse: quod etsi falsum reputem, vt de actu etiam docui cum nostro Valquez contr. de Trinit. d. 1. art. 2. admissio, vt Dominicani isti volunt arguo sic. Actus erroris malum physicum per se, quæ creaturæ solummodo est, cum est pure speculationum, & cuius productio Deo, nec physicam vllam in delectationem afficit: siquidem Deus errore, quod in creatura causare minime erraret: nemo enim errore alterius erat, sed proprio sibi inhærente: cum autem error practicus etiam est, quia ad actionem prauam inducit, neque actus, nec proximus eiusmodi actionem causat, quam prædeterminatiua præfinitio, ab eaque necessario oriunda prædeterminatio: & mirum sane est Dominicanos hocce, qui erroris cuiusvis infusionem Deo repugnare defendunt locis Scripturæ supra relatis, & explicatis, quibus homines exerceat, & Prophetas decipere physicam Dei efficientiam, & positiuam voluntatem præfinitionis, & prædeterminationis contineri contra nos (an contra se potius) nihilominus contendere.

4. Sed, quoniam eo discursus venit, ex alio absurdo (quod huic proximo vicinum est) generali contra Præfinitores omnes materialis peccati examinandum est argumentum, quod noster Ruiz persequitur d. 30. Nimirum ex præfinitione prædeterminatiua ad materiale peccati, non formali eius à Deo intento, sed alio potius sine honestissimo, fundamentum totius nostre fidei, eiusque veritates subuertere: quia sola præfinitione prædeterminatiua materialis falsitatis erroris, & mendacij non autem falsitatis, & mendacio, qua talibus formaliter, præfinitis possent nobis falsa proponi plura credendissimo & omnia, quæ de fide ab Ecclesiâ, vt de fide, credenda sunt preposita, id quod variis modis à Deo præfinit fierique posse præfinitione admissa explicat scilicet, 1. a. 2. n. 2. Nec quicquid ait præfinitio dicatur Deum iuramento etiam prius affirmasse, se

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. I.

nunquam Ecclesiâ suam decepturum in iis, quæ credenda proponerent. Nam semel admissa in Deo potestate ita decipiendi, nec firmum esse potest eius assertionis testimonium, quare, tam eius, quam reliquorum certitudinem fidemque nutare: vt acutè in simili arguebat Augustinus lib. de mendacio c. 8. sub initium, & lib. cont. mendac. c. 4. initio. Caterum argumentum hoc infirmum, me iudice est: cuique facile respondere aduertarij possunt, ea, quæ Dei nomine proponuntur propositione sufficiente, vt de fide sunt, ita à Deo per homines proponi debere, vt Dei locutio, & testificatio sit. ad hoc autem opus est, vt ea omnia concurrunt, quibus Deum ea loqui, & testificari suadeant: quæ, si ita in deceptione, quam homines etiam adeo paterentur, concurrerent, iam Deus in seipso, vel mendacium pateretur, vel errorem, quod aliunde, inquit, quam ex materialis peccati, aut erroris causatione repugnat: sunt autem ea, quibus Deus prudenter, moralique certitudine loqui creditur in iis, quæ toti Ecclesiæ proponuntur quamplurima: in iis autem, quæ priuatim alicui proponuntur credenda (deficiente euidencia reuelationis, quæ erroris, falsitatisve periculum omne propellit) nunc Deus loquitur, cum per destinatum publice ad reuelandum illud proponitur, cuiusmodi erant Prophetæ veteris legis, quos vel miraculis editis, vel certis contingentium euentibus ad id muneris, atque in Dei organa destinati monstrabantur: & his quidem nequit Deus vaticinium falsum, seu sermonem erroneum infundere, vt populo, aut Ecclesiæ Dei nomine proponant: quia ex munere publico, in quod à Deo positi & signis confirmati sunt, per illos Deus mentiretur: os siquidem Dei ad homines ex eo munere sunt. Quare merito Patres illa supra ex Scriptura memorata. *Ego decepi, aut decipiam Prophetam*, de sola permissione interpretantur. Si verò per priuatim, quempiam alicui aliquid priuatim reuelaret, si vera miracula, & signa, quæ Dei voces à Patribus vocantur, dictis confirmandis adfuit, nequibit Deus seipso errorem proponendum infundere ob rationem eandem: quibus modi omnes, quibus fidei nostre fundamenta quasi Ruiz recensuit ex admisione præfinitionis prædeterminatiuæ excluduntur, id quod fufius explicui: nam intersecum errorem physicum priuatim cuique infundere posse, quoties ea circumstantia non fiat, quibus Deus cum ita aberrans illud exterius etiam proferat, per illum loquatur, mihi probabilis est.

5. Quinto igitur contra hocce præfinitores arguo: quia ideo per hocce Dominicanos præfinitores Deus causa est, cui omnia nostra bona opera, & honesta absolute, nec solum materialiter, sed formaliter etiam quæ honesta, tribuantur, quia ea in nobis prædeterminatiue præfinit in horum sententia: ideo enim præfinitio prædeterminatiua à ratione Theologica admittendas contendunt, vt non à nobis, sed à Deo prædestinati à reprobis discernamur: atqui per eandem aequè in nobis sine nobis opera praua præfinit, nec minus agit, vt impius ei Christo recedat, quam, vt pius ad ipsam veniat, de quo ipse: *Nemo venit, imo potest venire ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum*. Ergo iuxta præfinitores hocce Deus aequè est causa, cui tribuantur opera nostra praua non solum materialiter sumpta, sed etiam absolute, quæ talia, & secundum formale etiam, atque est causa, cui tribuantur opera bona nostra absolute talia ac secundum formale etiam, virtutis, nec solum secundum materiale tantum sumpta. Simili ergo argumento Augustinus 2. de peccator. meritis, & remiss. cap. 18. & de gratia Christi cap. 17. confutat Pelagium conantem salutare attributionem nostrorum operum Dei gratiæ, ac Deo, tanquam præcipue eorum causæ, authori, & donatori à Paulo Scriptura & Patribus toties assertam, ex eo solum, quod Deus posse illa agere nobis donauit, cum nobis indidit facultatem voluntatis: sic illum redarguens, quemadmodum cum Deo laudamur in operibus bonis, ita cum illo culpamur in malis. Possibilitas enim illa, quam dedit, tam nobis facit posse bona, quam mala: atqui præfinitio prædeterminatiua, ac inde orta necessitatio prædeterminatio tam nobis facit horum sententia, posse, imò, & operari irresistibiliter bona, quam mala: ergo, sicut cum Deo laudamur in operibus bonis, ita & vituperabimur cum Deo in malis ex discenti, & consequentia Augustino probata: & sane vrgentiore illa

H h h h contra

contra Præfinitores omnes est. Siquidem Pelagius posse illud in voluntate nobis à Deo datum indifferentem ad utrumvis, bonum, scilicet, & malum, nusquamque ad alterum determinatum, & nos determinans agnoscebat, ut omnem, totamque liberam determinationem voluntati creatæ, & arbitrio relinqueret. Præfinitores autem prædeterminatiui, ita præfinitionem alterius determinati extremi prædeterminatiui determinatam, atque nos determinantem irresistibiliter ad illud constituunt, ut illud secundum determinat, & inevitabiliter devoluatur: quare determinatus longe, atque æque siue bonum, siue malum opus, causat, nobiscum per illam Deus donat, quam sola potentia, seu voluntatis indifferentis ad utrumvis donatione, cuius ratione bonum opus nobis à Deo donati Pelagius cum suis admittebat. Respondent Thomistæ Dominicani bonitatem boni operis ipsi inseparabilem, esse intra obiectum voluntatis diuinæ, secus malitiam operis pravi: unde operis boni bonitatem ipsam potest efficacie Deus vel, cum bonum opus prædeterminatiue præfinit, secus malitiam inseparabilem ab opere pravo à se præfinito. Contra tamen primo: quia argumentum de donatione, & virtutis satisfactione æquali à Deo est, non de volitione expressa, & formali virtutis, cui si illam argumentum intenderet, solutio satisfaceret: ac propterea ne heretici quidæ præfinitores, expressam malitiam volitionis, seu voluntatis efficacæ (imò neque inefficacem) Deo adscribunt: quare neque ea ex parte à Catholicis impugnantur: sed de virtuali, & implicita, quæ est inhibita in voluntate omni efficaci rei siue actionis, cui necessitatio aliud, est per se, & expresse nusquam amabile, annexum consequenter est: ut actioni nostræ prave expresse à Deo volitæ, consequenter necessario malitia connectitur. Secundo solutio hæc, æque nos à malitia, & peccati causatione, & efficaci volitione excusat: siquidem malitia extra sphaeram obiecti per se, & expresse amabilis à voluntate, etiam creatæ, est, quæ nequit in illam expresse, quæ talem, tendere; neque in malum, quæ tale intendens, operari, solum ergo, quia virtualiter, & implicitè volitione expressa efficaci actionis prave, fertur in necessario adiunctam, & inseparabiliter consequentem malitiam, & peccatum absolute tale, & hoc, & illam absolute velle, & causare creatæ dicitur voluntas: ergo & diuina. Contra tertio: quia malitia operis pravi est extra obiectum honestæ voluntatis creatæ, neque actio prava, cui illa consequenter, & inseparabiliter annexa, est intra, sed extra obiectum voluntatis honestæ creatæ: sed potius intra obiectum inhonestæ, & turpis creatæ voluntatis: ergo ob eandem rationem, actio prava non erit intra obiectum honestæ voluntatis diuinæ, sed turpis, ac Deo propterea repugnans.

6. Quæ pro præfinitionibus diuinis ad materiale peccati opponi, siue ab hereticis, siue à Dominicis præfinitoribus possent, leuissima sunt, ut hæcenus de iis, quæ ab authoritate obiciebant ostendimus. Nunc autem idem facile ostendimus in iis, quæ à ratione opponunt: ea verò omnia inde tandem peruntur, quod cum actio prava secundum totum, quod re ipsa entitatis habet, à Deo causa prima, & vniuersali rerum, necessario, & per se esse prorsus debeat, nequit solum per accidens causa actionis prave esse, sed per se secundum totam suam entitatem etiam indiuiduationem sumptæ: cum autem, non nisi secundum determinationem, & efficaciam, creati alicuius entis causa esse possit: sit, ut de se vellet efficaciter debeat esse actionem pravam: quæ, cum absque libera voluntate etiam creaturæ, libereque ab ea concepta esse nequeat (cuius determinationem liberam nec supponit, nec prouidet, nec potest supponere, ac prouidere, cum Dei concursus, qui eius de concurrendo ad actionem pravam decretum subsequitur, concursus, & determinationi voluntatis creatæ identificetur) sit, ut Deus de se efficaciter velle debeat, ut tota actio prava à creatæ voluntate sit quod ipsum est actionem pravam, prout à creatæ voluntate est, siue materiale peccati debere à Deo præfinit. Cæterum ex dictis sæpe constat voluntatem illam liberam, & antecedenter ad actionem pravam de exhibendo concursu à Deo conceptam efficaciam ab intrinseco, & natura sua respectu concursus actionis prave identificati determinate sumpti esse non posse. Tum, ut creatam in eius elicientia libertatem efficaciam suam antecedente non proterat, quod commune etiam absurdum ref-

pectu actionis honestæ est. Tum, ne Deus causa peccati sit, & reliqua absurda tota hac disputatione monstrata incuratur: quare, est actio prava, imò & libera quavis creatæ, non nisi decreto Dei efficiente, & eo sensu efficaci & concursu Dei elici à creatura possit, alt decretum illud de se, siue natura efficaciam respectu operationis prave, ac libera cuiusvis creatæ, minime efficiet solum ab extrinseco efficaci, nempe ab operatione ipsa, & concursu suo operationi ipsi identificato, à quo efficaciam, sicuti, & agens, ac efficiens extrinsecus constituitur ac denominatur. Non secus atque de auxiliorum diuinorum efficaciam philosophamur quam non eis intrinsecam, sed extrinsecam à concursu ipso esse facemur: quia auxilium, quod efficaciam est natura, & entitate sua consensu nostro, ad quem vtrique inducit, & mouet, conexum non est, sed potius cum eius omissione absolute coniungibile: itaque decretum concurrendi, quod Deus titulo, & munere causæ primæ libere respectu voluntatis creatæ, ad quam liberam eius actionem, quare, & ad pravam actionem, debet, potestque solummodo habere, indifferentem de se ex parte obiecti esse debet ad concurrendum ad actionem pravam, vel huic oppositam honestam vel non concurrendum ad illam pro creatæ voluntatis arbitrio, & libertate, siue contrarietatis, siue contradictionis. Nempe decreto concurrendi ad actionem pravam, vel eius oppositam, vel non concurrendi ad illam pro libero voluntatis creatæ: id est meam illi omnipotentiam ad concurrendum, vel non concurrendum extrinsecus preparo, subdoque, ut ea vtrius creatæ voluntas, non secus atque habitibus insulis, quos ad actus supernaturales ipsi inherentes imito: qui est potentiam absolutam ad eos eliciendos voluntatis creatæ compleat, nusquam tamen ex parte actus primi ipsi ad eos eliciendos afferunt determinationem; sed eius libertati, & determinationi in agendo, & concurrendo ex parte sua subdantur.

7. Idcirco Patres, & Scholastici sapientiores (in quibus Augustinus & Sanctus Thom.) frequenter, ut videmus: decretum hoc Dei respectu operationis prave permittimus appellare: eamque propterea à Deo eius cuiusque omnipotentia sinendo, solummodo ut fiat, non tamen faciendo, procedere, non quia ipse physico suo concursu simultaneo cum voluntate creatæ in actionem non influat pravam; sed quia à se, & voluntate sua, quæ arbitrio creato suam omnipotentiam preparat, & applicat, ut operari absolute possit, nec determinat, nec vult, ut absolute actio prava sit, sed solum non vult impedire actionem pravam, seu potius vult non impedire illam, suæ omnipotentia subtractione per voluntatem non concurrendi ad actionem pravam, quam absolute habere poterat; est ex suppositione decreti indifferentem concurrendi, voluntatem non concurrendi habere absolute nequeat, quæ decreto illi contradicit: in eius auiem voluntatis non concurrendi ad pravam operationem nostram pro arbitrio nostri libito negatione: quare eo posito concurrendi decreto, non libere, siue, ut prout liberum agens, sed naturaliter à creatæ voluntatis determinatione trahitur; tamen recte libere concurret, quatenus decretum concurrendi indifferentem pro libero creatæ voluntatis libere prorsus concepit. Sæpe verò eo decreto formaliter, sola, ac pura, cum physica, tum moralis permittio: non autem moralis effectio, quæ illi determinanti, vel volenti illam determinat, tanquam causæ per se tribuitur: quocirca, est Deus creatam voluntatem decreto indifferentem concurrendi ad opus bonum, & auxilij indifferentem de se collatione ad illud creatam voluntatem non determinat; alij, quia decreto concurrendi indifferentem, vel potius conferendi auxilium concurrendum, de se indifferentem, opus ipsum bonum determinat intendit, ac vult, est vtriusque indifferentia à voluntate creatæ ad bonam operationem determinat determinat, cuius causa per se moraliter est, & cui, tanquam authori, & causæ, vtrique principali, tribuitur; nequit autem ipsi actio prava tribui, quia decreto indifferentem concurrendi ad illam, & conferendi auxilium sufficiens, oppositum potius, & intendit determinare, de suoque vult, & prout: ut prout à Patribus recitatis quæit. 2. & 3. prout operatio non dari nobis à Deo dicitur, sed rapit potius ab ipso per voluntatis nostræ abulum, & malitiam dicitur, ad eamque Deum concurrere intuemur.

# Disp. II. Quæst. IV. Certam. III. 615

Vnde ad argumentum aliud, quod ex causalitate per se physica Dei in actum prauum (quæ Deo negari nequit) desumitur ab adversariis solet; quia, nimirum, quidquid causa per se physica actus, siue actionis prauæ est, moralis etiam causa per se, & absolute esse debeat. Constat ex data nuper doctrina præter physicum influxum in entitatem actionis prauæ, ad causam per se moralem, & absolute talem respectu ipsius actionis liberæ requiri, vel determinationem, ut eiusmodi actio absolute sit, vel saltem intentionem, & voluntatem ex parte eam physice causantis, ut determinate ea actio sit: cum autem per decretum concurrenti ad utrumvis nulla esse possit determinatio, ut absolute sit actio praua, atque in illo, aliove de collatione auxilij sufficientis intentio, voluntate nulla determinate Dei sit, ut actio, seu opus prauum determinate præ eius omissione, actu opposito, & honesto existat; imò tota Dei, quatenus est ex ipso, voluntas, & intentio sit potius ut non existat, moralis causa, & per se, atque absolute talis actionis prauæ esse minime potest. Et miror Dominicanos prænitores hoc argumentum vti contra nos velle ex eo principio, quod est causa per se physica actus, seu actionis prauæ, est causa moralis, & quoad imputabilitatem illius. Hoc siquidem principium statuit S. Thom. scpe, ut vidimus, vti illud causam per se non actionis prauæ, seu materialis peccati solum, sed formalis etiam & peccati absolute talis esse demonstrat, quod actionis seu actus prauæ causa per se esse reperiatur: quare iisdem locis totus est in ostendendo Deum, nec concurrenti decreto suæque omnipotentis virtute, & adiuuante, nec voluntate & intentione sua actionem prauam velle, atque ut determinate sit, vltatenus determinare; ac proinde, neque actus prauæ per se causam esse, neque peccati; sed solum creatam voluntatem, quæ affectu suo determinat actionem prauam præ opposita esse vult, & determinatione sua facultat illam determinatè esse facit, vti nos eius doctrinam edocti resposidimus.

¶ In talibus tamen decretum indifferenter concurrenti ad actionem prauam habet pro obiecto tam actionem prauam, quam eius oppositum: siquidem ad utrumque distinctum atque indifferenter, siue ad utrumvis fertur: ergo saltem sub distinctione vult actionem prauam: quod refugere videbatur, distinguere antecedens, iuxta communem modum intelligendi, & explicandi: decretum indifferenter concurrenti ad actum prauum fertur in actionem prauam indifferenter entitative sumptam, atque etiam, ut ex parte Dei, siue per ipsum, non reddatur voluntati creatæ impossibilis factor: entitative enim, & secundum suum physicum esse sumpta operatio praua bona est, sicut & bonum physice & moraliter est Deum ex decreto suo indifferenter concurrere, ut minus causæ primæ explicat: quare utroque tenore potest ex parte sui concursum suum indifferenter velle, & offerre, ac de actionis prauæ entitate posita, & concursu ex parte sua adhibito gaudere, & de obiecto entitative bono, & sibi honestissimo. At vero ad actionem prauam, ut materiale peccati est, siue ut est à creatura voluntate, neque sub distinctione decreto illo indifferenter concurrenti fertur, fertive adhuc inefficaciter, ne dum efficiat, & prædeterminat, potest; alioqui, ut ostendimus, & peccatum eiusque formale saltem implicite, & virtualiter velle, quod & ex rei natura, & ex fide Deo remanet ex ipso est, non esse à creatura operationem prauam creatam illud indifferenter concurrenti, ex parte sui solam, sit ut sit à creatura operatio praua, nullatenus esse ex ipsa natura, & essentia decreti illius conuincitur: etsi enim eadem, & tota actionis prauæ entitas totalitate effectus ab utroque sit, & ab alterutro; aut esse ab vno, atque quodque; ex his diuersum constitutionis, & denominationis principium, & agens concernat. Et sane distinctionis auxilio & recentiores aliquos ex nostris Castellanos, & Tomiancos incaute lapsos: ut admiserint Deum concursu siue materiale peccati, quæ materiale, sed ad formale ipsum peccati physice concurrere; etsi quia nolens ad eum concurrere

sum à creatura voluntate trahatur, ac determinetur, nec causa materialis peccati, quæ materiale, nec formalis, seu peccati absolute talis, dicendus sit. Ceterum n. maxime hi æquiuocatione, nec satis tute laborant: etenim actionis prauæ entitas eadem, quæ tota, ut diximus, & à Deo necessario, ac indispensabiliter esse debet, & ita à creatura voluntate, quæ à Deo concurrente ex parte sua prouenit materiale peccati formaliter sumptum non est, nec malitiam seu formale peccati fundat; sed solum, quæ à creatura voluntate concurrente, atque oblarum indifferenter Dei concursum ad eam determinare actionem determinante, & Deo, quasi inuito trahente: ergo, ut Deus ad actionem prauam fundamentaliter, siue materiale peccati, ac subinde formale peccati physice concurrat, debet physice concurrere, & influere in actionem prauam, ut à voluntate creatæ concurrente, eiusque determinatione procedat; aut concursu simultaneo Dei, quatenus præcise à Deo, & ex parte Dei est, etsi in totam influat actionis prauæ entitatem, non tamen influat in illam, ut à creatura voluntate concurrente, eiusque determinatione procedat: ergo, etsi ad totam entitatem actionis prauæ Deus concurrat concursu simultaneo; tamen non concurrat physice ad actionem, quæ vel fundamentaliter, vel formaliter prauam, Proximum antecedens subsumptum de se patet: siquidem concursus simultaneus, & identicus etiam cum concursu simultaneo creatæ voluntatis, se, ac Deum determinans ad entitatem actionis prauæ, quatenus à Deo simultaneus est à creatura voluntate non est; neque in huius determinationem, quæ simultaneus solummodo est, potest influere id enim necesse erat, ut ad illam pro priori naturæ præcederet: quod simultaneus solum concursus non minus repugnat, quam idem sibi ipsi natura, & causalitate realiter præcedere.

¶ Atque inde constat minus tute Recentiores hostes locutos. Siquidem, ut eorum conclusio hæc vera sit Deum concursu suo physice increata voluntatis determinationem ad prauam actionem influere admittendum necessarium est: quod concursus solum simultaneo, ac non præuio ad voluntatis determinationem fieri repugnat. Ac rursus consequentiis factis contra prænitores materialis peccati à causatione physica materialis peccati, quam solum admittunt, ad causationem etiam moralem eiusdem, ac subinde formalis malitiæ peccati. Recentiores isti patet: imò, & proximus: cum physicum influxum: quare, & causalitatem Dei in formale ipsum peccati admittunt. Quod autem respondent determinari Deum inuitum, & nolentem à creatura voluntate, ut physice cum illa formale peccati apponat: ac proinde causam moralem per se, & absolute talem malitiam non esse: etsi verum absolute sit; tamen cum eorum conclusione non coheret. Quia, ut ostendimus, ut causa physica sit siue influxu physico in formale peccati, imò in materiale, quæ tale, influat, debet influere in voluntatis creatæ determinationem, & influxum eius in actionem prauam: quare, & ut ita ab ipsa, ex parteque ipsius actio, tam materialiter, & fundamentaliter, quam formaliter praua procedat velle Deus debet: vnde, implicat Deum nolentem, & inuitum ad eam voluntatis determinationem trahi, quam vult antecedenter, & physice procurat, & ad concurrendum cum ipsa in prauam actionem: quod autem Dei concursus, seu influxus physico in prauam actionem, & formale peccati integra nõ se determinandi, & concurrenti ad actionem prauam, & formale peccati creatæ voluntati relinquatur potestas, Deum à causalitate, causationeque peccati, & formalis malitiæ, inque physicum Dei influxum, & causalitatem hi admittunt, Deum non excusabat. Nam, & tentans, inducens, ac suadens actionem prauam, integrum voluntati alterius relinquit consensum in turpem actionem, qui tandem ex determinatione libertatis alterius procedit; & tamen, cum ex ea inductione, & impulsione determinatio illa, & actio praua proueniunt, inducens, impellensque in illam causa absolute actionis prauæ, ac subinde malitiæ, & peccati est.

Hhhh CERTA

CERTAMEN IV.

*Decreti indifferenter concurrenti natura  
enucleata lucem hactenus dictis  
affert.*

**A**terum circa decretum hoc indifferenter concurrere prohibito, & determinatione voluntatis creatae sunt difficultates nonnullae: quarum mihi praecipuae, &que ab adversariis, ac etiam nostris Doctoribus tractatae, generatim illud respectu quatuorlibet actionum ipsarum liberatum difficile reddit: quare disquisivi de utroque hoc: indifferenter concurrendi cum casu libero, & materiae examinabimus erit enucleanda: in praesenti vero materia de decreto indifferenter concurrendi ad materiam peccati ratione materiae nonnulla hic oportune circumspecta. Cuius decreti naturam veniunt examinanda, Primum, ut decretum hoc sit omnibus desiderium: quia in re commendentiam puram non esse, certum omnibus est, cum non de consensu à Deo praestito, & parata omnipotentia concurrendi suffocatis sit: sed vt huc pareat, & consensum, cum aetate voluntate per eius libito habeatur: secundum an sit absolute efficax, & respectu preparationis, & applicationis omnipotentia voluntati creatae, & actus, cuiusque actiuitate per libito ad actionem prauam, & rectam, cuiusque actiuitate per libito esse certissimum est: cum eius oppositum vtatur efficacem esse certissimum est: cum per illud ita voluntati creatae omnipotentia, cuiusque actiuitas voluntati creatae ad agendum applicata à Deo, & eiusque libito subdita sit, vt per huius libito, & determinationem nequeat ab agendo, fere cogendo sistere, & consensumque ex parte sui eo decreto, & applicatione oblatum cohibere. Respectu autem consensum ipsius certum etiam apud Omnes de re patet: siquidem nihil efficaciter efficax non esse, & de se patet: siquidem ab alterius voluntate, & libertate pender, saltem, nisi quid ab alio faciendum conditionate sit praenoscatur; quod in decreto concurrendi fieri nequit: cum in quavis hypothesi ad futuritionem conditionatum consensum diuini operationi creatae voluntatis identificati claudi essentialiter debeat, nisi forte vim habeat decretum trahendi secum vellet decretum voluntatem ad cooperandum: quod esset non liberum ad materiam peccati praedeterminatum admittere, & quod decreto hoc indifferenter concurrendi vitare conueniatur.

1.2, tract.6. Controver.4. pag.4. numer. 27. Ioan. San-

chez, commuiter alij: cum autem in executione concursus Dei in opus, & actionem pravam nequeat à concursu eam à creatura volente præferre, non potest non voluntate, illa, seu desiderio efficaci conditionato in suum concursum, & actionem pravam, vt ab ipso Deus fieri, quin implicet eam, in eam, prà à creatura, ac prouide in actionem pravam, & materialis peccati reperi, quod Deo repugnat. Secunda impugatio: quia quiddam conditionate amari potest purificata conditione potest amari absolute: imò ipse amor efficaci conditionatus ex purificatione sola conditionis transit in absolutum, vt vulgo asseritur: quare admissio in Deo efficaci amore conditionato materialis peccati, vt admittemus ostendimus, & amor Dei absolutus efficaci ciuſdem materialis peccati admitretur, quod tamore abhorremus.

3. Sed ut argentiota alia viuerium contra voluntatem conditionatam fuisse efficacem, fuisse inefficacem in re præfente adessent præfate impugnationes nihil contra conditionatam efficacem præstarent: etenim, quod tendentiam in executionem, tam efficacem, quam inefficacem desiderium, dummodo desiderium absolute de re, aut operatione exercenda sit, à necessariis circumstantiis executionis rei, quam virumque desiderium intendi abstrahere nequit: quare, qui alferunt modo tem desiderata ab operis malitia ex circumstantiis illis neque abstrahere. Vnde nemo est qui desiderium, est non absolute efficacem, copulæ cum coniugata à malitia cresceret aduiter: est merito ab eisdem malitia, cum qui de copula cum eadem deleaturatolummodo, quin eam vitulentos desideraret, ab aduiter, malitia excusaret, atque intra veneream, delectationis illius malitiam totam affereret contineri: & Pater quidem Vasquez Theologici, solidique huius discriminis inter simplicem delectationem, & desiderium acutus, & profundus adiunget, discrimen simile inter desiderium efficacem, & inefficacem nunquam recognouit, ut videtur in ipso est 1.2. tit.1. d.73. capite sexto, numero 30, & 31. & d.110. est, ut clarius præcipitur inter delectationem simplicem, & desiderium discrimen, quod docet, in desiderio efficaci, quod coniunctus de se cum executione ipsa est, illud ostendat. Delectationem vero, de qua loquitur moralis de obsequio appellatam, scilicet de proposita operis delectatione tentans, est desiderans: nihil circa eius executionem intendit, quæ delectatio ad rei effectiorem, quæ à circumstantiis præfentis, non fertur, idem de viroque delectatione, fuisse efficaci, fuisse inefficaci probat: cum in rei executionem virumque eo ipso, quod desiderium sit, tendat: quævis enim inefficacem cum executione non coniungitur, quæque efficacem semper coniungitur: & tamen semper ab executionis circumstantiis malitiam trahit, quæ tempore executionem intendit.

4. Sed nihil contra alterutrum desiderium Dei est  
cax adhuc, conditionatum concurrendi adhuc est post  
sua, si se voluntas ad actionem pravam determinet, quia  
sub conditione determinationis voluntatis creata est  
materiale peccati, et malitiae fundamentum totum est  
probat. Neque enim opus est, ut qui sub conditione  
turbis aliquid, sine efficaciter, adhuc implicite re  
sit, et ipsam conditionem turpem, adhuc implicite re  
lit, ecce videtur voluit homines suspendere, si eo  
dant, vel furem, et Deus punire peccatores, si po  
cent; et tamen, nec iudices furum, aut homicidum,  
nec Deus peccatum, implicite adhuc voluit, sed dignum  
male factorum mercedem. Deus ergo delictis et  
efficaci concursus ex parte sui ad pravam actionem  
conditione concursus, seu determinatio ad actionem  
pravam illam, ut ex parte creaturæ est, sine material  
peccati, velle implicite adhuc, conditione non mate  
retur; sed solum actionem illam, ut de exhibitio ad  
sui ex parte sua est, idemque purificata conditione  
luminum absolute vellet, sicut, et de exhibitio ad  
actionem pravam gaudere Deum Reemores ipsi fa  
torem. Tandem, est desiderium inefficax conditionatum  
posita et purificata conditione absolutum desiderium  
cax necessario non inferat, esse tamen illud pos  
cunt

cum tamen æque incommode admitteretur, & absurde Deum posse absolute velle materiale peccati, imo, & conditionate, vt tuo hoc discursu æquo robore probabitur) si inefficax desiderium concurrendi ad actionem prauam sub conditione determinationis, & concursus ad illam voluntatis creatæ ex parte sua admittatur.

5. Verum decretum hoc nullatenus conditionatum ex parte obiecti esse posse de concursu ex parte Dei, sub conditione determinationis creatæ ad actionem prauam, siue efficacem, siue inefficax illud esse affirmes, loquendumque proprie sit, est ratio euidens. Quia, nihil potest esse conditionatum proprie sub conditione sui ipsius: atqui concursus, & determinatio voluntatis in actionem prauam idem ipsum re ipsa inefficax, & indiffusibile est cum Dei, & omnipotentie concursu in eandem: ergo, nec potest esse concursus Dei conditionatus proprie sub conditione determinationis, & concursus voluntatis creatæ in eandem actionem, neque à Deo amari, vt sit, si se ad eam actionem voluntas creatæ, determinet, & concurrat, erit enim velle amareque Deum, vt tuus in eam actionem concursus existat, si erit: quod & inane est, & effectiuo ordine, siue in ordine ad eius executionem, impossibile. Siquidem alterius voluntate, & desiderio fieri, quod de se necessarium est (vti necessarium est Dei concursum, si existat entiter) est omnino impossibile: vnde rerum possibilitas à Dei voluntate, & omnipotentia, tanquam à sui principio actiuo esse non potest. Secundo, quia, qui sub conditione aliqua, aliquid vult efficere, vt absolute velit efficere, atque absolute faciat opus est, vt ad eius absolutum illius voluntatem & effectiorem absolute purificata & præuisa conditio naturæ prioritate præcedat, nequit autem concursus creatæ voluntatis in actionem prauam naturæ priori, & in se, & in Dei præuisione, ad Dei concursum sibi necessario, & essentialiter physice, & realiter identificatum, vt hic absolute à Deo ametur, atque apponatur, præcedere: quare nec potest Dei concursus sub conditione concursus voluntatis creatæ in actionem prauam à Deo amari scio à Thomistis, & Lestio nostro de gratia efficaci, cap. 4. & 5. aliter, & aliter explicari: sed admissa identica concomitantia concursus rationis solius, & scilicet solum prioritas alterius ad alterum erit, ad obiectum conditionatum constitutendam inæpta: vt bene Herize disput. 6. de voluntate, cap. 3. num. 47. ad 50. inclusiu. Numero vero 47. de his, qui decretum hoc de suo concursu indifferenter obliato conditionatum ex parte obiecti, si voluntas creatæ cooperari velit, declarant, se consentire fateri: ac num. 49. ait: esse simplicem voluntatem, quæ cooperationem creaturæ, tanquam conditionem comitantem, ac non proprie conditionem, quæ obiectum proprie conditionatum constituat, ob rationem secundam à nobis datam, quam ipse num. 47. fusè persequitur. Sed nec comitantem concursum suum sub conditione in propria hac comitante in actionem prauam decreto hoc indifferenter concurrendi, quod dicitur velle, purius esse, atque doctrinæ Patrum, Doctorumque Catholicorum conformis statim ostendimus. Aliquo modo decreti huius obiectum concurrendi indifferenter in actionem prauam à præmissis difficultatibus soluto, proprietate sermonis posset designari, si verè decretum concurrendi indifferenter cum voluntate ad vtramvis eius determinationem, siue prauam siue probam, pro eius libito foret. Et enim voluntas, & desiderium quodvis de duplici extremo, aut opere disunctum, vno scilicet vel altero, duplex conditionatum ex parte obiecti desiderium continet nimirum sit hoc extremum si illud non sit, vel si hoc non sit, sit aliud. Vnde, si hoc decretum de hoc, vel illo extremo disunctum efficacem sit, atque vni extremi negatio absolute ante alterius positionem absolutam priori naturæ præsupponatur, hoc alterum necessarium, nec vsquam libere, absolute apponetur: quia ex absoluta antecedenti necessitate, vi illius decreti, & anterioris naturæ purificata conditione omnino extremum alterum apponetur. Vnde, si decretum hoc concurrendi ad actionem prauam, vel eius oppositum in Deo sit conditionatum ex parte obiecti duplex, siue efficacem, siue inefficax conuenit: alterum de concursu

ad actionem prauam, si ad bonam concursus ex voluntatis creatæ defectu absolute non fuerit, alterum de concursu ad oppositum, si ad actionem prauam concursus absolute defecerit.

6. Sed tamen decretum, quo Deus ex parte sua ad actionem prauam concurrat non est ita indifferenter concurrendi ad vtrumque extremum, vt, æque & disunctum ad alterutrum concurrere, quatenus ex se adhuc est, Deus velit: proindeque, non solum non est conditionatum obiectiue sub propria conditione, iuxta primum modum impugnatum, nec sub impropria conditione comitanti identice cooperationis, & concursus seu determinationis creaturæ in actionem prauam, vt voluit, & explicuit noster Herize, sed neque conditionatum inclusum in decreto de concursu vtroque disunctum ad actionem prauam, vel eius oppositum casu quoad alterum concursus defectu determinationis voluntatis absolute deficiat. Ratio est, quia ad actionem prauam id solum ex parte sua velle, & apponere Deus, & debet, & potest, quod facis sit, vt voluntas creatæ sit proximè absolute potens pro suo arbitrio, & libertate actionem prauam elicere, ac de facto eliciat, si velit, ad id autem opus non est, vt Deus velit concursum suum ad prauam operationem affectu, & desiderio prosecutiuo, quatenus ex se est adhuc, disunctum neque sub conditione, adhuc impropria, & comitante determinationis creatæ voluntatis in actionem prauam: ergo Deus decreto suo non vult positu, & prosecutiuo, adhuc disunctum, aut conditionate concursum suum in actionem prauam. Minor probatur: quia sola permissio facta creaturæ actiuitatis omnipotentis suæ per decretum, quo illam applicet ac subdat arbitrio, voluntatis creatæ reliquis requisitis instructæ ad prauam actionem, voluntas constituitur in actu primo proximo absolute potens ad actionem prauam, aditque huius adequatum, & absolutum principium proximum: item cum ea sibi applicata, atque arbitrio suo subdita actiuitate omnipotentis rens, (vel abutens potius,) creata voluntas actiue eliciat prauam, se sola, atque independentem à causa prima non operabitur: atqui voluntas permissiua solum actiuitatis omnipotentis suæ per decretum applicatiuum illius non est voluntas prosecutiuo concursus adhuc ex parte sui: ergo per decretum illam applicandi, & subdendi arbitrio voluntatis creatæ non vult, de se, & ex parte sua positu concurrere ad actionem prauam.

7. Confirmatur discursus autoritate Patrum supra recitatorum asserentium actionem prauam à Deo non donari, sed rapi inuitumque, & nolentem trahi, & concurrere ad illam: quod si de se indifferenter veller concurrere ad actionem prauam, vel eius oppositum, æque illam, atque oppositum nobis donaret, neque inuitus, & nolens ad illam traheretur & concurreret: sed volens quidem & æque volens, atque cum ad extremum oppositum, opus scilicet honestum, concursum præberet. Confirmatur testimonio Patrum alius, & signatissimæ Augustini ad illud Psalm. *Omnia quæcumque voluit fecit*, aientis de actus prohibiti positione in rebus nihil esse in hoc mundo nisi quod omnipotens fieri velit (vt pro Dei erga peccata amore obieciatur) huiusque verbis temperantis, *vel sinendo, vt fiat*, nempe actionem prauam, & peccatum, quibus erga eiusmodi actionem, solum permissiuam voluntatem Deo concedit, *vel ipso faciendo*: reliqua vtrique opera, quæ praua non sunt. Quo sane loco de omnipotentia, qua tali, ac Deo, vt causa prima, & vniuersali rerum omnium est sermo; nec solum, qua gratiæ, & prædestinationis supernaturalis est author, Quare, & decreto necessario vt ad actionem prauam concurrat solum permissiue, in suum etiam concursum ferri, suæ solum omnipotentis actiuitatem, & virtutem actiuam creatæ voluntatis arbitrio, ac libertate determinationi subdendo, non autem positu, & prosecutiuo quatenus ex ipso est, volendo Augustinus, Patresque reliqui loqui facis exprimunt: etenim, si decreto, quo, vt causa prima, suum concursum ex parte actus primi ad actionem prauam, cuiusque oppositum creatæ apparat voluntati indifferenter, concursum suum ad vtrumvis prosequeretur de se, est neutrum determinatum, sed à voluntate creatæ determinandum, cum ex voluntatis creatæ determinatione concurreret, æque positu concurreret.

H h h h 3 curium

cursum suum ad actionem pravam, actionemque probam velle diceretur: nec solum circa illum suam actionem pravam, quatenus à sua omnipotentia, & à se, ut causa prima est, permissivè se habere. Confirmatur tertio ex decreto Dei collatio reliquorum principiorum requistorum ad libere in genere moris operandum: etenim, indifferentem cogitationem voluntati creatæ confert, quin positiue, de se, adhuc, indifferenter, velit concurrere eius cogitationis in actionem pravam, imò verò id solum vult, ut ea indifferenter cogitatione potentia proximè libera constituitur, ut dissensui partiali eius inducat: solumque obinde motionem in actu primo suæ vim motuam intentionalem cogitationis indifferentis positiue vult, atque motionem eius actualem in pravam actionem permittit solum voluntati, eiusque abusus, quin eam positiue velit: ergo eodem modo se gerit cum ex munere causæ primæ actiuitatem suæ omnipotentia ex parte actus primi requisitam à voluntate ut operari absolute possit, atque libere operetur, decreto suo applicat, eiusque libere subdit determinationi.

3. Probat secundò: quia in Deo, quatenus ex se est, adest voluntas, & si non absolute efficax, & inconiungibilis cum actione prava, seria tamen, ut non sit absolute actio prava, sed potius eius negatio: siue pure omisiue, siue exclusiue per operationem honestam cum actione prava, & peccato inconiungibilem: cui principio: supra ex Patribus probato, & fusiùs probando controu. 4. d. 3. q. 3. à cert. 2. per totam confirmationes datæ, num. 7. magna ex parte innituntur: atqui cum hac voluntate seria Dei, quatenus ex se, & per ipsum est, ut non sit actio prava, & peccatum, & si non absolute pugnet actio prava, & peccatum: pugnat autem voluntas seria Dei ex se, & quatenus per ipsum est, concurrere ad actionem pravam: ergo, & cum concursu, quatenus ex ipso est, & ex parte sua positiue velle. Minoris probatione præcluditur solutio, quæ adhiberi huic argumento posset per maioris distinctionem de voluntate positiua Dei de se erga actionem pravam, quatenus à Deo est, atque erga concursum ex parte sui, (quomodo actio, prava fundamentaliter, aut formaliter, non est, amarique à Deo potest) atque, ut à creatura, & concursus eius est, quomodo, & prava fundamentaliter, & formaliter est, amarique à Deo nequit, sed solum odio haberi, ac insuper probatione eadem lucem hæc dicta recipient non exigam. Probat autem minor, cum voluntate Dei seria ex se, & quatenus per ipsum est, ut non sit actio prava, & peccatum, pugnat voluntas seria Dei de se, & quatenus per ipsum est, ut sit concursus suus, siue ex parte sui in actionem pravam. Antecedens est certum ex Patribus, qui ex eo, quod Deus positiue, & peccatum: inferunt non velle serio & positiue, sed solum permissiue, ut vidimus actionem pravam, & peccatum, ac proinde vitamque voluntatem seriam, & positiuam in Deo, quatenus ex se est, pugnat supponunt: quia alias positiuè vnus, alterius exclusionem non inferret: Secundo: si vtriusque seria voluntas Dei sit: cur minus volens actionem pravam esse, imò nolens non esse, quam volens illam esse Deus diceretur, consequentia quodvis quantumvis inefficax dummodo desiderium de re faciendâ & exequenda sit, nequit abstrahere ab his, quæ in rei executione, & operatione necessario, etiam entitati operationis extrinsecus, & omnino aduentitiè, & accidentariè intercedunt, (ut de desiderio inefficaci, proprio tamen copulæ cum ea, quam coniugatam esse contingit dicebamus) atqui in concursu Dei ad actionem pravam creatæ voluntatis, non aduentitiè, & accidentariè: sed identicè, & essentialiter physice, necessariò intercedit concursus creaturæ: ergo desiderium verum Dei tendens in executionem concursus ex parte sua ad actionem pravam, nequit abstrahere à concursu creaturæ ad illam: ac proinde, neque à volitione saltem interpretatiua actionis pravae, & peccati virgetur. Quia voluntas executiua vera, siue in executionem tendens (nisi à mentis voluntas sit) nequit tendere nisi in executionem possibili-

lem: atqui executio concursus Dei præcisiue à concursu creatæ voluntatis ad pravam actionem possibilis non est, sed prorsus impossibilis: ergo nequit desiderium Dei executiuum, tendens in sui concursus executionem esse de executione sui concursus præcisiue à concursu creaturæ: ac proinde ab actione fundamentaliter, & formaliter prava, ad quam esse in Deo voluntatem repugnat, ut maioris proximæ veritatis, & vim discursus plenius percipias, vide, quale desiderium Dei esset, quo Deus executionem prædicat animalis in homine præscindendo à rationali optaret.

9. Sicut ergo decretum concurrenti in actionem pravam ad concursum ipsum, adhuc, quatenus ex parte Dei est, ut obiectum positiue decreto ipso directè voluntati minimè terminari: sed in applicationem solum, & subiectionem diuinæ actiuitatis creatæ voluntatis arbitrio æquæ, atque ipsius voluntatis actiuitatis, & ipsi inditi habitus supernaturalis, & auxilij, siue indifferentis cogitationis virtutis, & quæcumque alia adæquatam, & absolutam potestatem proximam voluntati arbitrio & libere operationi subduntur: idque solum decreto illo omnipotentie applicatiue, & præparatiue ad concurrendum in pravam actionem cum voluntate solummodo positiue velle: scilicet potentiam eliciendi, & operandi actionem pravam, quæ in voluntate creatæ, secundum se sumpta, partialis solum, & quasi conditionata, si compingitur essentialiter cetera ex parte actus primi ad finem, absolutam & adæquatam constituere: quin vterius eius actiuitatis suæ vsum in actionem pravam, vel conditionatè ex parte obiecti, vel distinctum vterius positiue velit: quæmodum, nec, cum indifferenter cogitationem ad bonum, vel malum ad constituendam libertatem, & potestatem in actu primo ad vtrumvis & vult, & donat, vterius eius in pravam opus influxum amat: sed potius non esse illum in actu secundo vult: tamen totum omnium compingitur vsum, & influxum libertati arbitrij permittit, quia aliter eam proximè, & adæquate in actu primo ad bonum, & malum liberam, & absolute potestatem nequit constituere: ut non minus eorum omnium compingitur, & omnipotentia, siue actiuitatis diuinæ, quam innatæ actiuitatis, voluntati vsum, & influxum in actionem pravam totus totus determinationis voluntatis creatæ, quæ totus, & omnium compingitur influxum identicè trahitur, proxius sit, quin ad totum illum fluxum identicè trahitur, proxius sit, nec reliquorum compingitur, determinatio vterius, neque ultra actus primi creati liberi adæquati, & absolute constitutionem ad concursum ex parte adhuc omnipotentia (cuius vsum totus voluntati creatæ ad actionem pravam permittitur) excessu requiritur. Et quidem, ut ad actionem etiam bonam in actu primo proximo adæquate, & absolute tali creatæ voluntas constitueretur, atque illam à Deo causa prima physica, & vniuersali, eiusque concursu physico intelligeretur procedere sola explicata omnipotentia Dei permissio voluntati creatæ satis esset: quin Deus vterius decreto suæ omnipotentia voluntati creatæ applicatiue, solum concursum, & cooperationem ex parte sui velle. Verum tamen scriptura, & Patres congruè ad Dei virtutem, non physicam solum, sed moralem, cum, & naturam voluntatis ad vtrumvis, bonum scilicet, & malum indifferenter condidit, reliquaque compingitur necessaria ex parte actus primi ad bene, vel male operandum, scilicet indifferens adiunxit, bonum, & voluntatis, & eorum compingitur vsum vterius voluntatis Deum nos docere; vsum vero eorum ad malum solummodo permississe.

10. Præclusi obiter argumentum, quod à pariter contra solum permissionem Dei, sui etiam concursus in actionem pravam nobis posset opponi. Inquit, ratio, actionem pravam operationis, & concursus Dei in actionem pravam sit entitas operationis, & concursus voluntatis creatæ, atque, ut huius concursus, & operatio est, prava creatæ, & formaliter sit; tamen, ut à Deo est, & fundamentaliter, & formaliter sit, ut dicebamus certum. num. 8. ergo potest à Deo amari, atque desiderari decreto illo serio, & si absolute non efficiat, sed distinctum, ut alterum distinctum voluit extremum. Confirmatur, quia id totum, de quo in repositio, & absolute

## Disp. II. Quæst. IV. Certam. IV. 619

supposito Deus potest gaudere, & desiderare potest, ut ponatur: atqui Deus de concursu, & operatione praua, ut ab ipso est posita, gaudere potest, & de facto gaudet: ergo & à se ponit illam antecedentem ad eius positionem potest disunctum saltem desiderare. Respondetur distinguendo extremam partem antecedentis, ut à Deo est pura permissione suæ omnipotentia arbitrio voluntatis creatæ facit: ut à Deo est, voluntate, non permissione suam, nego. Quare, & si permissione suam se habendo honestissime concurrat, aut si directe aliquo modo vellet potius concurrere, non honestissime, sed turpissime concurrere ex parte sua vellet, ut ostendi. Ex eo autem, quod permissione suam concursus Dei in actionem prauam honestus sit, solum inferitur amari à Deo posse eius permissionem antecedentem ad concursus ex parte sua absolutam positionem, non autem concursum ipsum: cuius amore antecedenti pura permissio illius non facit. Ad confirmationem dico: gaudium, & complacentiam Dei de concursu à se exhibito permissione suam concedendum esse; à se exhibito profectione esse negandum; nec tamen inde inferri posse esse desiderium, & antecedentem Dei amorem, ut concursus ipse, ex parte adhuc Dei, sit, qui amor ultra permissionem suam concursum ipsum profectione attingat: quia ut dicebamus num. 3. gaudium, & delectatio præcendunt ab his, quæ necessario in executione rei, de qua gaudium, & complacentia habetur debent intercedere: quare ad eorum honestitatem, vel malitiam morium, seu bonitas, aut malitia notum, ob quod de re gaudemus complacemur, attenditur: quæ in Dei gaudio de concursu à se permissione suam ad actionem prauam præcito honestissima, ut diximus est. Cum autem, ut ibidem ostendimus desiderium quodvis seu voluntas antecedens rei positionem, ut sit, in executionem, eiusque effectum tendat, quæ à malitia, siue identica, siue aduentitia, necessaria tamen, in rei executione, nequit præcendere, sit, ut complacentia, & gaudium de operatione ex concursu Dei exhibito ad actum prauum identice, prout est à creatura, ad suum concursum, & actum prauum, prout ab ipso, terminari honestissime possit; siquidem id ab ipso permissione suam esse, ratio honestissima est, & nota, ob quam Deus de tota illa entitate, concursus, & operationis suæ complacet; cum tamen desiderium concurrendi, & concursus sui, si ultra permissionem concursus Dei peringat, quia ad executionem naturæ suæ tendit, nequit ab identica malitia præcendere: quocirca confirmationis huius antecedens saltem absolute est, ut ex dictis claret.

11. Instabis tamen adhuc: qui sciens conditionate abutitur facultatis, & virtutis actiue, quam alicuius arbitrio subdit, cuiusque vltimū omnem permittit saltem interpretatiue vult eius abutitur: atqui Deus decreto suo suæ omnipotentia applicatiue omnem eius vltimū creati arbitrio permittit, & sciens conditionate, seu conditionatum eius abutitur, si ei omnipotentia subdatur, in actionem prauam, & fundamentaliter, & formaliter talem: ergo ea omnia saltem interpretatiue eo decreto applicatiue omnipotentia suæ arbitrio creato, & vult, & amat: quod æque, imo magis est absurdum quam concursum, quatenus ab ipso est disunctum amare. Facit hoc longe esse absurdum: quia, & actionem prauam, prout talem, seu prout à creatura voluntate velle saltem interpretatiue, & determinate eam Deum hoc argumento inferitur: quare argumentum hoc decretum indifferentem concurrendi, non solum, ut inter nos doctores, eorumque principis communibus examinetur: sed pro sententia Thomistarum præfinitorum virtutis peccati euerteret, si esset firmum: etenim expressius incurrere contendimus, in quod ipsos argumentum est, & idem, quod contra auxilij sufficientis donationem fieri solet: imo, & in ipsa voluntatis creatæ conditione, nativæque eius indita à Deo ad virtutis potestate, atque in hominis primi, & malorum Angelorum creatione ab antiquissimis hæreticis effectum, multumque à Patribus versatum; siquidem & creatas voluntates, sua nativæ, & indifferenti potestate, & libertate abuturas nouerat Deus: & lapsos Ada-

num, & Angelos malos si crearentur: & tamen in horum omnium creatione, & conditione eorum actiones prauas, adhuc interpretatiue voluisse constanter negant. Communis eorum, & Theologorum ratio est: quia voluntas interpretatiue in eis solum habere locum potest, in quibus explorata non est seria, & quatenus ex parte sui est efficax de opposito voluntas; in Deo autem lapsurum hominem, & Angelum, & vniuersum creatam quamvis voluntatem suā potestate abuturam condente, atque, ut operari absolute possint, omnipotentiam suam applicante, cogitationemque, & auxilium indifferens immittente cum abusus etiam, & lapsus conditionati præscientia, explorata est seria voluntas, ex parte sua etiam, ut non operentur prauæ, ac pereant; ut scilicet ex Patribus ostendimus, ac fusiis controu. 4. de voluntate, d. 3. q. 3. à cert. 2. ostendimus: quin, ea omnia ex eo sine donat, ut recte ac beate demum æternæ viuant, ac non pereant: quia, in ea omnia ad vltimū, abutuntur de se indifferentia præstaret non illis esset ad bonum, & meritum plena, & absoluta potestas. Neque vero in omnipotentia suæ applicatione secundum se sola malum eius à creatura voluntate vltimū potest conditionate cognoscere magis quam in voluntate ipsa, nisi auxilij sufficientis condicio accedat: quare ad huius collationem tota voluit difficultas expedienda controuersia, d. de reprobatione: partim ex hinc, & intentione Dei seria, & explorata salutis, etiam reprobatorum: partim ex Deo in sua dona, & beneficia domino: partim ex scientia, quæ auxilij sufficientis donatio dirigitur, ac regulatur, aliisque principis, non, nisi importune, in præfinitarum tradendis, vel potius obrudendis.

12. Adhuc tamen pro Dominicanis, & Hæreticis Præfinitoribus oppones. Non minus sanctæ, & honeste debet procedere concursus ab omnipotentia in actionem prauam, quam à voluntate, & volitione diuina: atqui ab omnipotentia procedit concursus determinatus diuinus, potissime, atque subinde, & actio praua: ergo & à voluntate, & volitione diuina potissime, & determinate, & Dei concursus, & actio praua procedunt, abique vltimo sanctitatis eius præiudicio. Maior quidem certa est de sanctitate, & honestate formali, quæ eadem est in affectu voluntatis effectiue, atque in executione potentia, & operatione volentis, & si primario volitionis, secundario eius operationi conueniat, vndeque ea bonitas, & sanctitas formalis moralis obiectiue, & specificatiue sumatur in minori autem æquiuocatio est, in voce determinatus quæ præfinitoribus posset apud incautos fauere: idcirco distinguenda est ab omnipotentia; procedit concursus determinatus ab ipsa omnipotentia, negatur minor, siquidem eius vltimū non secus, atque nativæ voluntatis facultas, & reliquorum principiorum essentialium ex parte actus primi arbitrio, & libertati creatæ plenæ, & absolute, per illa omnia constituta determinationi permittitur, ut vidimus: cum quo pugnat concursum ab omnipotentia ipsa determinari, atque determinatum concursum procedere: Procedit ab omnipotentia concursus determinatus in se, ex determinatione tamen creatæ voluntatis omnipotentia sibi applicata, atque, quoad eius vltimū ipsius arbitrio permittit, conceditur minor: quia concursus, qui ex determinatione voluntatis creatæ ab omnipotentia procedit, determinatus concursus in actionem prauam est; non autem concursus in actionem probam, siue sui ipsius omisso. Inde vero non inferitur volitionem Dei erga omnipotentia suæ concursum, (quæ de se physica ad concursum in actionem prauam, & in actionem bonam potestria est) debere esse determinatam, & determinatam omnipotentiam Dei ad vtrumque concursum in bonum, & malum physice indifferentem, ac de se formaliter loquendo ad alterum præ alio determinate indeterminabilem: cum à determinatione voluntatis, & arbitrij creati determinetur: nec opus proinde sit eius determinationem à volitione diuina efficaci, & concursus physici omnipotentia præfinitui querere, quæ extor, quot expendimus hæcenus, capitibus repugnat. Minoris autem eiusdem reliqua abique distinctione concedenda sunt: etiam illud concursus Dei potissime ab omni potentia procedit, quod est verissimum: inde tamen non inferitur contra nostram conclusionem specia-

tim ( etsi contra nostros communiter decreti indifferenter concurendi assertores teneret ) hoc certamine statutam : cum scilicet concursus Dei in pravam actionem à volitione diuina positua illum adhuc disjungam, & indeterminatem prosequenter debere procedere. Siquidem, vt physicus determinatus in se concursus physice, positus ab omnipotentia procedat, eam arbitrio creato per Dei decretum applicari, & quoad influxum, & cooperationem subditi arbitrio creato eiusque determinationi permitti, est satis, quin ad concursus omnipotentie volitione, & tendentia positua decretum illud progrediatur : quod multis grauiusque fundamentis, neque à Deo fieri, nec Dei voluntatem decere toto fere hoc certam. 3. abunde monstrauimus. Sed neque contra reliquos nostros decreti indifferentis Doctores probat argumentum ad hanc determinate determinatam ad actionem prauam ad hanc determinate omnipotentiam concurrere : cum per ipsos eius usus arbitrio creato subdatur, & determinationi.



### QVÆSTIO V.

*An ex vi præfinitionis prædeterminatiue per concursum aliquem Dei, vel per generale subtrahendi decretum possit Deus actum prauum vage hunc, vel illum, siue in communi præfinire ?*

**A**D plenam præfinitionem prædeterminatiuum ad materiale peccati intelligentiam, & hanc questionem adiungimus, subtiliores difficultates continentem illis, quas cum præfinitionibus materialis peccati determinati agentes versauimus, & decidimus; quæ tamen lucem ex illis recipiunt, ac vicissim reddunt. Examinauit eas ex instituto, solita eruditione, & profunditate Ruzi noster d. 40. de volunt. per totam. Tres autem omnino difficultates questionis huius titulo continentur suo ordine examinanda. Prima, an præfinitionis aliqua de concursu generali ac debito creaturæ rationali iure naturæ possit Deus actionem prauam vage hanc vel illam, siue in communi præfinire : ita, vt vilius nequeat non aliquam indiuiduam actionem prauam apponere; etsi hanc determinate, & in indiuiduo præ alia apponere creaturæ libertatis, & electionis sit : quia ad indiuiduam hanc determinate apponendam præuius generalis, ac prædeterminans Dei concursus, per quem apponenda hæc, vel illa vage præfinitur vi prædeterminatiua sua non extenditur : Secunda. An vi concursus, seu per concursum prædeterminatum specialem id possit Deus præstare : atque vtraque concursus prædeterminatiui vtriusque, per quem actionem prauam vage fieri Deus præfiniat possibilitatem examinat. Tertia difficultas, an per decretum non concurrendi ad actionem omni ex parte, simpliciterque, & absolute honestam, perstante tamen decreto concurrendi pro libito creaturæ voluntatis ad actiones turpes, aliquā vage possit Deus præfinire ?

### CERTAMEN I.

#### *Deciditur difficultas prima.*

1. **R**uzi noster ( cuius negatiue decisioni subscribimus ) questionem præsuppositiue saltem à pluribus scholasticis præcis tactam censet ; æstimo autem, nec præsuppositiue ab illo eorum tactam fuisse, imò neque ab scholasticis ipso anterioribus disputatam, sed aliam longe diuersam ; è cuius tamen & præsentis distinctione hic Doctor plura pro negatiua conclusione fundamenta produxit, quæ ad præsentis difficultatis decisionem negatiuam non attinent. Pro dilucida ergo

præsentis difficultatis intelligentia obferuare oportet, triplicem necessitatem peccandi vage rationalis creaturæ naturæ solum debitis relicta, considerari posse. Primam per physicam determinationem naturæ ipsi rationali inditam intrinsece, & congenitam : quatenus natura rationalis de se, non nisi ad prauè operandum, quotiescumque operetur, à Deo condita aptaque nata sit : ita eam censebant Manichæi. Secundam determinationem ad actionem prauam vage in natura rationali considerare possumus non secundum intrinsecam solum inspecta, sed, vt debitis omnibus ipsi naturæ iure, & connaturali ipsi prouidentia, ornata, & constituta ; in quibus non solum decretum Dei concurrendi cum ipsa, sed pleraque alla continentur : ita eam Pelagiani, & Semipelagiani considerabant, dum vitium naturæ, vel fidem, & iustificationem, vel saltem eius initium, vt postremum asseruerunt, ex puris naturalibus, seu naturæ nostræ rationali debitis absque vilo gratiæ, vltra debitæ naturæ, Dei adiutorio nobis obtineri aberrarunt : contra quos, Augustinus duce reliqui Africanæ Partes in eius nationis Conciliis, & scriptis peculiaribus pro Catholica necessitate gratiæ Dei ad rectè, & meritorie operandum decernant.

2. Horum verbis male intellectis, & erroris alterius memorati perculsi metu in alium extreme oppositum alij incidere, cum iam explorato damnati de eo Hæretici Vviclefiste, Caluini, & eorum reliquæ, Baii, & Ianseniste, assertores : donum Dei vltra naturæ debitum ad rectè, & meritorie operandum, ex parte actus primi requisitum efficax natura sua, & conseruum cum consensu esse debere ; quibus voce saltem reus Dominici præfinitores ( de sensu viderint alij ) consentiunt, vt ostendimus d. 1. satis fuit : Carteri scholastici donum Dei, vltra naturæ debitum ex parte actus primi ad honestè, & meritorie operandum de facto Dei gratiæ adiutorium necessarium esse fatentur ; at non ita de se cum honestè, & meritorie, seu conducende ad vitam æternam opere connexum, vt cum eius omissione componi natura sua nequeat. Hæc omnia fuisse ostendimus d. 1. Carterum inter ita ( citra dubium Catholice ) censentes, dubium adhuc est, an quodvis opus bonum morale præcis, quod tale de se vitæ æternæ meritorium, atque ad eam conducens sit, ac proinde, ad quod Dei gratia, & adiutorium, vltra naturæ debitum, requiratur : Vsq̃uianis omnibus affirmantibus ; negantibus vero cunctis Soanistis, & absque vilo censuræ periculo vtrique. Dubium item, & vtriusque controuersum duabus hæc scholis est : an gratiæ auxilium hoc ad rectè operandum necessarium supernaturalē, quoad substantiam, esse debeat, vt Soanistica putat : an satis sit illud supernaturale, quoadmodum esse, vt censeat Vviclefista : Carterum vtrique scholæ conueniunt necessitatem posito etiam auxilio sufficienti ad peccandum, & actionem prauam mortalem, vel venialem, siue determinatam, siue vage pro hoc instanti, vel pro diuturno, & longo tempore, consequentem esse, & quæ, siue ad breue, siue ad longum tempus ex Dei priuilegio, & misericordia specialis donandi auxilium quod habiturum effectum resistendi. Quantumvis viuidis proluxisque temptationibus perzonoratur, auferretur : quoniam vero ad longum tempus, & in tot occasionibus, demonumque malis artibus, & temptationibus valde infirmam nostram impellentibus semper resistere difficile valde est, nec pro eis omnibus, nisi rari, atque è prouidentia Dei specialissima efficax auxilium ad sit, moralis necessitas, quæ ex temptationis, & impulsus magnitudine, frequentia, & nostra fragilitate, atque infirmitate Dei prouidentia, non autem ex rarissima illa penultima, atque æstimari prudenter debet iustis omnibus ( Maria Virgine excepta, ) actionis prauæ venialiter vage saltem, ad longum tempus admittenda ; impii que diutius in mortalitatis iacentibus mortalem etiam aliquam denovo ad tempus longum incurrendi, moralis necessitas à Theologia merito, & communiter assertitur.

3. Carterum, etsi naturæ rationalis ius auxilium efficax ad rectè operandum, & ad tentationes vincendas non negat, quare, & in eius donatione pro quavis occasione gratia Dei, & pro omnibus, atque ad tempus longum maxima necesseario intercedat attamen vt inefficax atque non habetuta resistentiæ aut rectæ operationis effectum cognoscitur, à Deo tribuatur non exigit, etsi eius donatione Deus naturæ rationalis debito satisfaciatur, quia intrinsece auxilij sufficientis